BR
63
F4
v.21

Digitized by the Internet Archive
in 2025 with funding from
Graduate Theological Union

https://archive.org/details/sthascicaecilicy21unse

# Florilegium Patristicum
## tam veteris quam medii aevi auctores complectens

Ediderunt

Bernhardus Geyer
S. Theologiae Doctor,
in Universitate Bonnensi Professor ordinarius

et

Johannes Zellinger
S. Theologiae Doctor,
in Universitate Monacensi Professor ordinarius

Fasciculus XXI

Bonnae Sumptibus Petri Hanstein
MCMXXX

Cyprianus, Saint, bp. of Carthage.

# S. Thasci Caecili Cypriani De Lapsis

Recensuit

Dr. Jos. Martin
in Universitate Wirceburgensi Professor extraordinarius

Bonnae Sumptibus Petri Hanstein
MCMXXX

CLgA

41599

BR
63
F4
v.21

Copyright by Peter Hanstein, Bonn 1930

Imprimatur Coloniae die 15. Januarii 1930. Dr. Vogt, Vic. Gen.

Druck: Pierersche Hofbuchdruckerei Stephan Geibel & Co., Altenburg, Thür.

# Praefatio.

Caecilii Cypriani, qui et Thascius, episcopi Carthaginiensis, vitam et passionem cum Hieronymus breviter capitulo 67 de viris illustribus libelli et acta quae dicuntur proconsularia nos docent tum copiose neque tamen ita certe Pontius ille, qui Hieronymo teste[1] diaconus Cypriani, comitem se fuisse episcopi et tamquam coram vidisse quae tradit simulans vitae et passionis Cypriani egregium nobis reliquit volumen[2]. Maioris vero momenti sunt ad vitam Cypriani illustrandam quae ex ipsius colligi possunt epistulis atque libellis. Nobili et locupleti genere verisimiliter Carthagine natus primum magna cum laude docuit oratoriam, tum Christianus factus brevi ad presbyteri, immo episcopi gradum electus est reluctantibus quibusdam clericis populo vehementer flagitante. Persecutione paulo postquam imperare coepit Decius exorta primis anni 250 mensibus Carthagine recessit et loco quodam abdito latebat per litteras etiam tum populum in persecutione vaccillantem et adulterina doctrina divulsam gubernare studens et pravos corrigendo et bonorum fidem corroborando. Post paschae anni 251 diem Carthaginem reversus nova persecutione exorta imperatore Valeriano quartum et Gallieno tertium consulibus tertio Kalendarum Septembrium ab Aspasio Paterno proconsule interrogatus et Christianum se esse professus Curubim in exilium deportatus est, unde tamen a Galerio, Paterni successore, tamquam fugiturus revocatus in hortis suis retinebatur. Unde ne Uticam perduceretur, sed ut suam plebem confessione clarificaret, post proconsulis reditum Carthaginem reversus undevicesima Kalendarum Octobrium in vincula coniectus, postero die interrogatus damnatus decollatus est.

Ingenio facili, ut ait Lactantius[3], copioso, suavi, aperto, ornatus in eloquendo, felix in explicando, potens in persuadendo omnibus fere tractatibus suis, in his illo de lapsis libello, id studebat Cyprianus, ut disciplinam modo severe modo clementer atque indulgenter regeret, unitatem inprimis ecclesiae servaret. Quo factum est, ut scripta eius, quae ut fratribus quam plurimis innotescerent ipse maxime moliebatur,

[1] Hier. de vir. ill. 68.
[2] ed. Hartel in praefatione ad Cypriani opera p. XCsqq.
[3] Lact. div. inst. 5, 1, 25.

frequenter lectitarentur[1], quoad novum effulgeret ecclesiae lumen, Augustinus, permultisque codicibus tradita ferrent aetatem. Pontius omnia fere iam sua aetate in corpus redacta enumerat[2] itemque indiculus quidam a Mommsenio in bibliotheca Cheltenhamensi repertus[3] et incerti auctoris tractatus de natali S. Cypriani sermonibus Augustini admixtus, quem Morinus ex codice quodam Guelferbytano in lucem protulit[4]. Sed et aliorum auctorum haud ita pauci tratatus et carmina nec non et haereticorum iam brevi post illius aetatem false nomini Cypriani addicti sunt, ut summa qua florebat episcopus Carthaginiensis auctoritate nisi facilius reciperentur.

Cypriani stilus habet quandum, ut verbis S. Augustini[5] utar, propriam faciem, qua possit agnosci. Idem Cypriani scriptis quamvis saepe repetat confitetur se non satiari[6]; tantam ex eis iucunditatem fraterni amoris exhalare, tantam dulcedinem caritatis exuberare. Insigne Cypriani est oratio locis litterarum divinarum distincta suaviter fluens et dicendi genus fusius, quamobrem Cassiodoro velut oleum decurrens in omnem suavitatem videbatur[7]. Vincit Cyprianus orationem numeris, componit sententias prope aequales et similiter saepe cadentes, ornamentis oratoris omnibus instruit orationem verbis cognominatis inflatam, παρηχήσεσι, παρονομασίαις, πολυπτώτοις, παρομοιώσεσιν, aliis, in illo vero qui nunc ab editoribus false ad Donatum inscribitur tractatus dialogo, utpote ex rhetorum officinis profectus, ita non fugit rhetorum ληκύθους, sed largissime effudit, ut nimia profusione displiceret Augustino[8].

De lapsis qui inscribitur libellus non tantum ut monumentum haud parvum disciplinae paenitentialis nascentis nos tenet, sed inprimis quod ex ea ipsius catholici episcopi natura propriusque sermo qui dicitur ecclesiasticus optime cognoscuntur. Incipit Cyprianus gaudio exultans pace ecclesiae reddita (c. 1), gloriante ecclesia tot martyribus tot confessoribus triumphantibus (c. 2. 3). Deplorat episcopus non omnes vicisse, permultos iacere victos (c. 4), et quia sanare vult vulnera, quae

[1] cf. Cypr. ep. 32, 1.
[2] Vita 7.
[3] Th. Mommsen, zur lat. Stichometrie, Hermes XXI (1886) 142.
[4] Augustini sermones inediti, ed. G. Morin, Campoduni 1917, p. 101.
[5] Aug. ep. 93, 39.
[6] Aug. adv. Donat. 5, 17.
[7] Cassiod. de inst. div. litt. 19.
[8] Aug. doctr. christ. 4, 14, 31. De sermone et genere dicendi Cypriani egerunt E. W. Watson, The style and language of St. Cyprian (Studia biblica et ecclesiastica 4, Oxf. 1896; L. Bayard, Le Latin de St. Cyprien, Paris 1902; E. Norden, Die antike Kunstprosa[3], Leipzig 1918, 618.

causae fuerint tantae stragis, perquirit (c. 5—7): explorare et probare voluit ut erat praedictum dominus Christianos longa pace corruptos; neque enim solum tormentis superati sunt, sponte accesserunt multi ad sacrilega sacrificia se invicem adhortati, parentes perdiderunt infantes (c. 8—9); excusari tantum facinus non potest (c. 10—13). Tum transit ad duo vitia inprimis vulneribus sanandis obstantia, adrogantiam dico martyrum et lapsorum superbiam atque tumorem, culpando cum illos, qui laxando temere communicationem lapsis non prosunt sed obsunt (c. 15—21), tum ipsos lapsos, qui libellis a martyribus acceptis paenitentiam agere recusant (c. 22—28). Immo ut confiteantur delictum suum et exomologesim faciant hortatur flentes et in sacco et cinere se volutantes pro exemplo eis proponens ad imitandum mites et innocentes testamenti veteris viros (c. 29—34). Perorat tandem et gravibus verbis admonens lapsos ut defleant crimina, exomologesim faciant, operibus iustis incumbant, eleemosynis insistant, et promittens eis, si veram paenitentiam egerint, dei patris indulgentis veniam et coronam (c. 35. 36).

Qui libellus, quem una cum illo de catholicae ecclesiae unitate Romam se misisse Cyprianus dicit epistula 54, 4, quando conscriptus sit, docti anquirentes plurimi censuerunt Cyprianum ex exilio Carthaginem reversum hunc libellum conscripsisse[1], recte vero Kochius[2] probasse videtur tractatum a Cypriano exulante antequam rediret esse conpositum. Certe enim ex ipsius libelli initio elucet post persecutionem sub Decio imperatore saevientem pacem exoptatam ecclesiae iam esse redditam neque concilium esse habitum, quod de lapsis paulo post pascham anni 251 fuisse et in quo duos illos tractatus lectos esse constat. Epistula 26 autem episcopus non prius se rediturum esse declarat, quam pace a domino reddita in unum convenire episcopis liceat, et ex epistula 43 apparet Cyprianum etiam post persecutionem in exilio mansisse propter tumorem et inoboedientiam nonnullorum sacerdotum nisi post pascham Carthaginem non rediturum una cum coepiscopis. Cum igitur inter concilium et reditum quo scripserit episcopus libellum tempus non fuerit, sequitur, ut nondum reversus eum composuerit, et quidem verisimiliter ante tractatum de catholicae ecclesiae unitate, quem epistula 54, 4 post illum enumerat.

Causa huius libelli fuit haec: Ex pace longa, in qua sub imperatore Alexandro Severo eiusque ante Decium successoribus minime vexati

[1] Rombold, Theol. Qu. Schr. 1900, 596; Bardenhewer, Gesch. d. altkirchl. Lit. II² (1914) 459ff;. D'Alès, la théologie de S. Cyprien, Paris 1922, 98, 292.

[2] H. Koch, Cyprian. Untersuchungen, Bonn 1926, 79ff.

vivebant Christiani, mores atque disciplina eorum corrupta, animi et laicorum et clericorum avaritia superbia mollitia obstricti, fidei firmitas et vigor disciplinae fracta erant. Quid mirum? Multi illis vitiis oppressi, ubi primum Decius in Christianos saevire coepit, Christianos se esse negaverunt, immo sponte antequam interrogati sunt sacrificaverunt, quamobrem sacrificati appellabantur, alios ut negarent impulerunt. Alii, libellatici qui dicebantur, ad magistratus venientes praemio dato impetraverunt, ne sacrificare cogerentur: quamquam minor erat eorum culpa neque aequabantur cum illis sacrificatis, tamen a communicatione excludebantur. Quorum tamen et sacrificatorum et libellaticorum haud ita pauci disciplinam ecclesiasticam contemnentes antequam paenitentiam plenam egerunt et deo satisfecerunt, ut reciperentur ante legitimum tempus, vehementer postulaverunt. Subveniebant eis, ut erant superbi et tumidi, nonnulli confessores et martyres libellis pacem illis dantes, in quibus immodestissimus ille Lucianus confessor Carthaginiensis, qui non solum ipse et suo et Pauli martyris nomine multis gregatim pacem dedit, sed etiam una cum reliquis confessoribus, omnes lapsos recipi iussit, id quod ad Cyprianum scripsit, per quem hanc formam et aliis episcopis innotescere voluit[1]. Quam temeritatem et superbum tumorem ut coerceret et comprimeret Cyprianus e secessu suo per litteras clericos martyres confessores plebem ipsam quae interim gerenda essent instruere non cessavit, donec cum reliquis episcopis in unum convenientibus quid fieri oporteret statuere sibi liceret, lapsos ipsos ut quiescerent interim et exomologesim facerent, hoc ipso admonuit libello.

Ac nunc quidem de codicibus, quos ad emendandum de lapsis libellum adhibui, pauca disseram.

Inter omnes propter vetustatem principem habuit Hartelius in editione Vindobonensi codicem Seguerianum, nunc Parisinum 10592 (*S*) uncialibus litteris saeculo VI. vel VII. bipertitis foliis exaratum. Continet autem hic codex de lapsis tractatum fol. 13$^{v}$ col. 2 usque ad fol. 31$^{v}$. Quamquam omnibus mendis valde inquinatur, caret tamen interpolationibus. Lectiones eius ex Hartelii editione exscripsi.

Aliquid auctoritatis Hartelius tribuit etiam codici Reginensi 116 saec IX. (*R*), quem cum codice deperdito *V* cohaerere censuit. Re vera *R* textum praebet multis correctionibus et interpolationibus depravatum ita, ut minimi pretii sit.

---

[1] Cypr. ep. 23.

Contra summae auctoritatis est codex Veronensis nunc deperditus (*V*), cuius lectionibus Latinius editionem Gryphianam adornavit. Saec. VII. scriptus ex Africano exemplari profectus est. Adnotationes Latinii, quas Hartelius ex variis editionibus ut erueret operam dederat non sine erroribus, ipse mecum doctissimus vir, G. Mercati, bibliothecae Vaticanae praefectus, communicavit et libro suo ipsius usui destinato per Alpes mihi misso singulari sua comitate atque humanitate me obligavit atque devinxit.

Adhibuit tandem Hartelius vetustissimum codicem Wirceburgensem theol. 145 (*W*), saec. VIII—IX. charactere Langobardico diversis manibus exaratum. Continet autem libellum de lapsis fol. 55$^{v}$ usque ad fol. 67$^{r}$. Ex quo codice, quem optimum omnium secundi ordinis codicum esse iudicat Hartelius, huius viri docti sententia, antequam correctus est, undecim libelli in codice Monacensi 4597 (*M*) descripti sunt, in his de lapsis fol. 78$^{r}$ usque ad fol. 89$^{v}$. Sed mihi inspicienti utrumque codicem res aliter se habere visa est. Nam hos velim locos consideres:

p. 9, 4 aperit M *om.* W$^{1}$; 9, 7 continentiae virtutibus W continentiae *om. recte* M; 12, 8 liber a M a *om.* W; 13, 11 dei *om.* W$^{1}$; 14, 4 adhuc *om.* W$^{1}$; 14, 8 derelicta MW$^{2}$ delicta W$^{1}$; 15, 5 mea *om.* W; 15, 14 se *om.* W$^{1}$; 16, 12 dominus *om.* W; et *om.* W$^{1}$; 17, 2 supplicia et salutaria M et *om.* W$^{1}$; 17, 13 ad *om.* W$^{1}$; 17, 14 est *om.* W$^{1}$; 19, 3 cibo *om.* W$^{1}$; 19, 10 quandoque M quanque W$^{1}$; 19, 12 aeternae *om.* W$^{1}$; timeatur M timeamur W *false*; 20, 6 secedere M sedere W$^{1}$; 20, 7 et fecit *om.* W$^{1}$; 21, 15 ad *om.* W$^{1}$; 22, 5 enim *om.* W$^{1}$; 24, 3 miseratione sed M miseratione et W$^{1}$; 26, 3 *et* 28, 4 paenitentia M patientia W; 27, 16 in portum M importum W; 28, 12 habet *om.* W$^{1}$; 29, 2 cum *om.* W; 29, 5 ceterum *recte* M veterum W; 31, 1 placavit *recte* M pacavit W; deus M dominus W; 31, 2 in utero *om.* W$^{1}$; 31, 3 in gentibus *om.* W$^{1}$; 32, 13 non potest solvi M solvi potest W$^{1}$ solvi non potest W$^{2}$; 33, 8 direptionem M direptione W; 33, 15 avertit M vertit W; 34, 9 aut ore M ut ore W$^{1}$; 34, 10 tuam M tum W$^{1}$; 35, 4 discimus *recte* M dicimus W$^{1}$; 35, 5 fides est futurorum M est *om.* W$^{1}$; 35, 9 dirigantur M dirigant W$^{1}$; 35, 15 laniavit M liniavit W$^{1}$; 36, 1 quae M qua W; 36, 6 fugientes M fugentes W; 38, 9 adinplentur M inplentur W$^{1}$; quam multi M quam ulti W$^{1}$; 38, 14 timere plus *recte* M plus timere W; 39, 10 renis et cordis M cordis et renis W; 40, 1 maiore M malore W; 40, 12 quomodo potest esse M qomo potest W$^{1}$; 41, 6 delictum M dilectum W$^{1}$; 41, 13 discindite M discingite W; 43, 5 ipsa M ipse W$^{1}$; 43, 9 deflere M flere W$^{1}$; 43, 15 Azarias M Azaria W; 43, 16

sodalibus M solibus $W^1$; 44, 3 magnus et fortis M fortis et magnus W; 44, 11 haec inn. M. hae inn. $W^1$; 45, 4 in *om.* $W^1$; 46, 16 cilicio M cilio $W^1$; 47, 11 delicta *om.* $W^1$; 47, 17 vivat M mutat W.

Ex quibus si consideraveris facile concludas non *M* ex *W*, sed utrumque ex eodem exemplari fluxisse, ita tamen ut melior *M* et pluris eius auctoritas habenda sit.

Singulorum codicum pretium si definire volueris, non uni codici aut complurium consensui per se fides habenda, sed res ratione diiudicanda est. Hartelius quidem codicem *S* prorsus secutus est ducem eiusque lectiones omnes fere in textum recepit, immo vel ex eius aperte mendis extricare aliquid maluit quam simplicem aliorum scripturam recipere. At etsi *S* plerumque genuina aut verorum proxima servavit, certe *M* et *W* meliorem verborum collocationem praebent.

Prima Cypriani editio prodiit Romae a. 1471 per Ioannem Andream episcopum Aleriensem nisum Parisino codice 1659 minoris pretii curata. Ad singulos libellos edendos primus Germaniae codices adhibuit Krabinger Tubingae 1853, 1859. Primaria inter eas quae nunc sunt editiones est illa per Hartelium consilio et impensis Academiae litterarum Caesareae Vindobonensis curata (CSEL III, Vindob. 1871).

## Sigla.

S = codex Seguerianus nunc Parisinus 10592, saec. VI—VII.
M = codex Monacensis 4597, saec. IX.
W = codex Wirceburgensis 145, saec. VIII—IX.
R = codex Reginensis 116, saec. IX.
V = codex Veronensis deperditus.
*Hart.* = editio Harteliana CSEL III.

# De lapsis.

1. Pax ecce, dilectissimi fratres, ecclesiae reddita est et quod difficile nuper incredulis ac perfidis inpossibile videbatur, ope atque ultione divina securitas nostra reparata est. in laetitiam mentes redeunt et tempestate pressurae ac nube discussa tranquillitas et serenitas refulserunt. dandae laudes Deo et beneficia eius ac munera cum gratiarum actione celebranda, quamvis agere gratias nostra vox nec in persecutione cessaverit: neque enim tantum licere inimico potest, ut non qui Deum corde toto et anima et virtute diligimus benedictiones eius et laudes semper et ubique cum gloria praedicemus. exoptatus votis omnium dies

INCIPIT DE LAPSIS FELICITER S, INCIPIT DE LABSIS RMW, INCIPIT DE LAPSIS V

3 ac $W^2$ *in ras.* opera R 4 laetitia SR mentis $S^1$ 7 q *ante* quamvis *eras.* M nostram M 8 inimico licere MWR lic. in. WV *Hart.* deum S WV dominum MR 9 toto corde R animat et virtute $W^1$ 10 gloria *ex* cloria W omnium MWV omnibus SR *Hart.* diebus R

[3] de cath. eccl. unit. 26 (232, 23 H) incredulis ventura supplicia et statuta perfidis aeterna tormenta; de mort. 6 (300, 15 H) et tu mente incredula perfidus fluctuaris; de op. et el. 9 (381, 3 H) perfidis atque incredulis praescia voce denuntians; ad Vigil. de Jud. incred. (III 127, 18 H) incredulae mentis duritia et perfidi cordis insania.

ope atque ultione divina: Decius, qui ecclesiam persecutus erat, anno 251 contra barbaros pugnans cum filio victus et interfectus est. Cf. Lact. de mort. persec. 4 extitit enim post annos plurimos execrabile animal Decius, qui vexaret ecclesiam ... et quasi huius rei gratia provectus esset ad illud principale fastigium, furere protinus contra deum coepit, ut protinus caderet. nam profectus adversum Carpos, qui tum Daciam Moesiamque occupaverant, statimque circumventus a barbaris et cum magna exercitus parte deletus ne sepultura quidem potuit honorari, sed exutus ac nudus, ut hostam dei oportebat, pabulum feris ac volucribus iacuit.

[5] sq. Ovid. met. 15, 70 discussa nube; Curt. 10, 9, 5 tempestatem subita serenitate discussit. Sen. Herc. Oet. 1707 nube discussa. Stat. Theb. 2, 56 infernaque nubila vultu discutit et vivis adflatibus ora serenat. Min. Fel. 1, 4 discussa caligine. Vita Cypr. 16 (praef. CVII, 21 H) dies ... laetus et discussis per totum mundi ambitum nubibus claro sole radiatus. Lact. de mort. pers. 1, 3 ut ... discusso tristissimi temporis nubilo mentes omnium pax iucunda et serena laetificet ... placidus aer et optata lux refulsit.

[7] sq. ep. 51 (614, 6 H) egisse nos et agere ... maximas gratias sine cessatione profitemur.

[9] 2. Esra 9, 5 benedicant nomini gloriae tuae excelso in omni benedictione et laude.

[10] Apul met. 11, 22 advenisse diem mihi semper optabilem ... adest tibi dies votis adsiduis exoptatus.

venit et post longae noctis horribilem taetramque caliginem Domini luce radiatus mundus eluxit.

2. Confessores praeconio boni nominis claros et virtutis ac fidei laudibus gloriosos laetis conspectibus intuemur, sanctis osculis adhaerentes desideratos diu inexplebili cupiditate conplectimur. adest militum Christi cors candida, qui persecutionis urgentis ferociam turbulentam stabili congressione fregerunt, parati ad patientiam carceris, armati ad tolerantiam mortis. repugnastis fortiter saeculo, spectaculum gloriosum praebuistis Deo, secuturis fratribus fuistis exemplo. religiosa vox Christum locuta est, in quem se semel credidisse confessa est: inlustres manus quae non nisi divinis operibus adsueverant sacrificiis sacrilegis restiterunt: sanctificata ora caelestibus cibis post corpus et sanguinem Domini profana contagia et idolorum reliquias respuerunt: ab inpio sceleratoque velamine quo illic velabantur sacrificantium

1 *post* noctis *duae litt. eras.* M horrib. et taetr. $W^1$ taetranque S 3 virtutibus MW 4 oculis R. 5 diu MWR divina et S 6 coors $W^1$ cohors $W^2$R chors M 9 domino M (*ex* dominium) W exemplum M 10 in qua $S^1$ 14 sceleratioque R

[1] Lact. div. inst. epit. 58, 3 quid tam horribile, tam taetrum? de opif. dei 5, 13 horribile atque tetrum. Lucr. 4, 456 in noctis caligine caeca; Sil. 11, 513 depulsa nigrae caligine noctis (Apul. met. 2, 32; 3, 18); Cypr. de cath. eccl. un. 22 (230, 11 H) candida domini luce radiati sunt; ep. 37, 2 (577, 13 H) horribiles . . . tenebras . . . candida luce radiavit.

[3] p. 48, 11 plus et virtutis et fidei; ep. 10, 1 (491, 1 H) exemplum virtutis et fidei; 10, 4 (492, 17 H) virtutis ac fidei testimonio; 37, 1 (576, 5 H) fidei ac virtutis vestrae comes; 37, 3 (578, 7 H) itinera virtutis ac fidei.

[4] ep. 43, 4 (593, 8 H) conplexibus vestris inhaerere.

[5] Cic. Tusc. 5, 6, 16 omnia rabide appetentem cum inexplebili cupiditate.

[6] sq. Lact. de mort. pers. 16, 3 qui . . . tempestatem turbidae persecutionis expertus es. — ep. 28, 1 (545, 11 H) vos surgentis belli inpetus primos inmobili robore atque inconcussa stabilitate fregistis.

[7] sq. de mort. 10. (303, 2 H) ad omnem tolerantiam passionis fide religionis armatus; 17 (307, 20 H). Tert. apol. 50 multi apud vos ad tolerantiam doloris et mortis hortantur. ad Fortun. praef. 4 (319, 2 H); ep. 6, 2 (481, 5 H).

[8] sq. Min. Fel. 37, 1 quam pulchrum spectaculum Deo. Lact. de mort. pers. 16, 6 quam iucundum illud spectaculum deo fuit, cum victorem te cerneret. Cypr. ep. 10, 2 (491, 20 H) o quale illud fuit spectaculum Domini, quam sublime, quam magnum, ep. 37, 3 (578, 11 H) spectaculum Deo vestris virtutibus exhibetis.

[9] ep. 5, 1 (478, 17 H) gloriosa voce Dominum confessi in carcere sunt constituti. 6, 1 (480, 10) gloriosa voce Dominum confessa est.

[11] Lact. div. inst. 1, 21, 4 sacrilegis his sacris inmaniores.

[12] Lact. div. inst. 7, 27, 12 caelesti cibo saturati.

[13] p. 19, 4 ad profana contagia sponte properavimus; ep. 74, 2 (800, 6 H) contagia profanae tinctionis usurpat.

[14] Romani sacra facientes Gabino qui dicitur cinctu (cf. Mau in Pauly-Wissowa RE III 2558) togae parte caput velare solebant; cf. Liv. 8, 9, 5 pontifex cum togam praetextam sumere iussit et velato capite . . . sic dicere. — Sidon. ep. 8, 6, 15 de capite captivo magis exigere tormenta.

capita captiva caput vestrum liberum mansit: frons cum signo Dei pura diaboli coronam ferre non potuit, coronae se Domini reservavit. quam vos laeto sinu excipit mater ecclesia de proelio revertentes! quam beata, quam gaudens portas suas aperit, ut adunatis agminibus intretis de hoste prostrato tropaea referentes! cum triumphantibus viris et feminae veniunt quae cum saeculo sexum quoque vicerunt. veniunt et geminata militiae suae gloria virgines et pueri annos suos virtutibus transeuntes. nec non et cetera stantium multitudo vestram gloriam sequitur, proximis et paene coniunctis laudis insignibus vestigia vestra comitatur. eadem et in illis sinceritas cordis, eadem fidei tenacis integritas. inconcussis praeceptorum caelestium radicibus nixos et evangelicis traditionibus

1 cum signo dei *om.* M 3 in sinum suum R excepit $S^1$ 4 aperit *om.* $W^1$ aperiut R. agminis R 6 quae cum] quaecumq. $S^1$ geminatae R 7 cum gloria R continentiae virtutibus W 8 circumstantium S *itemque p. 10, 7* 9 poene $M^1$ laudis W *(s in ras.)* SR laudibus W *i. m.* M et insignibus M eadem et in] eademmetim $S^1$ 10 eadem *ex* earundem $S^2$.

[1] Vita 7 (praef. XCVII, 23 H) confessores frontium notatarum secunda inscriptione signatos.

[2] „quam vos — revertentes" imitatur epitaphium Magi cuiusdam pueri (de Rossi in Spicilegium Solesmense IV, 1858, 536): quam te laetum excipit mater ecclesiae de hoc mundo revertentem. — ep. 16, 4 (520, 16 H) cum . . . in sinum matris ecclesiae recolligi coeperimus.

[5] sqq. Min. Fel. 37, 5 pueri et mulierculae nostrae cruces et tormenta, feras et omnes suppliciorum terriculas inspirata patientia doloris inludunt; Cypr. de mort. 15 (306, 17sqq. H) excedunt ecce in pace tutae cum gloria sua virgines venientes antichristi minas et corruptelas et lupanaria non timentes. pueri periculum lubricae aetatis evadunt ... tormenta iam non timet delicata matrona; ep. 6, 3 (482, 22 sqq. H) beatas etiam feminas quae vobiscum sunt in eadem confessionis gloria constitutae, quae dominicam fidem tenentes et sexu suo fortiores... ceteris quoque feminis exemplum de sua constantia praebuerunt. ac ne quid deesset ad gloriam numeri vestri, ut omnis vobiscum et sexus et aetas esset in honore, pueros etiam vobis gloriosa confessione sociavit divina dignatio; ep. 76, 6 (832, 18sqq. H) cuius numero nec virgines desunt, . . . quas ad caelestem coronam gloria gemina provexit. in pueris quoque virtus maior aetate annos suos confessionis laude transcendit, ut martyrii vestri beatum gregem et sexus et aetas ornaret. Lact. div. inst. 5, 13, 12 nostri autem, ut de viris taceam, pueri et mulierculae tortores suos taciti vincunt. — Liv. 1, 25, 11 geminata victoria; Cypr. ep. 61, 1 (695, 13 H) te honore geminato in ecclesiae suae administratione confessorem pariter et sacerdotem constituit divina dignatio; Commod. instr. 2, 28, 1 pastor si confessus fuerit, geminavit agonem. Sacra Leon. p. 406 geminatae gloriae triumphum virginitas implevit et passio; Greg. M. dial. 4, 25 pro... geminata eorum gloria.

[8] stantes opponunt urlapsis. — Cic. Verr. 4, 157 coniunctus ac proximus; Plin. paneg. 7 hunc tibi proximum, hunc coniunctissimum existimes.

[9] quod. id. dii non sint 9 (26, 16 H) propriis appellationum insignibus; Cic. ad fam. 3, 13 insignia virtutis. pro Sulla 9, 26 praeclarae laudis insignia.

[10] Ovid am. 2, 6, 14 longa tenaxque fides.

[11] praecepta caelestia: Lact. div. inst. 1, 1, 8; 6, 6, 28. — Cic. Cael. 6, 14 nisi... quibusdam facultatis et patientiae radicibus niteretur; Cypr. ep. 30, 2 (550, 11H)

roboratos non praescripta exilia, non destinata tormenta, non rei familiaris et corporis supplicia terruerunt. explorandae fidei praefiniebantur dies: sed qui saeculo renuntiasse se meminit nullum saeculi diem novit, nec tempora terrena iam conputat, qui aeternitatem de Deo sperat.

3. Nemo, fratres, nemo hanc gloriam mutilet, nemo incorruptam stantium firmitatem maligna obtrectatione debilitet. cum dies negantibus praestitutus excessit, quisque professus intra diem non est Christianum se esse confessus est. primus est victoriae titulus gentilium manibus adprehensum Dominum confiteri: secundus ad gloriam gradus est cauta secessione subtractum iam Deo reservari. illa publica, haec privata confessio est: ille iudicem saeculi vincit, hic contentus Deo suo iudice conscientiam puram cordis integritate custodit; illic fortitudo promptior, hic sollicitudo securior. ille adpropinquante hora sua iam

1 roboratus $R^1$ distinata M 2 *post* familiaris *add.* damna *Erasmus* ablatio *Krab.* inexplorandae R 3 se *om.* MW 4 quia $S^1$ 6 fratres dilectissimi V 7 istam stantium S *Hart. praef. VII Bayard* 8 quisquis R 9 gentili || um *(ex* us*)* W 10 deum W 11 subtractus $S^2$ subtractum se $S^1$ iam *om.* MWR domino MR reservare $S^2$ se servari $W^1$ haec] ac R 12 domini confessio M vincet $WM^1$ 13 puramicordis $S^1$ integritatem M 14 ille $S^2$ illic $S^1$.

radices fidei; ep. 73, 2 (779, 19 H) ecclesiae unius caput et radicem tenemus. Lact. div. inst. 5, 1, 9 quorum non est stabilis ac solidis radicibus fundata et fixa sententia.

[1] Boeth. mus. 1, 33 firmiore doctrina roboratus.

[2] Lucan. 5, 582 explorate fidem. — Cic. prov. 36 praefinit successori diem; Sex. Rosc. 130; Verr. 3, 16.

[3] Cypr. ad Fort. 7 (328, 19 H) ne... ad saeculum quibus renuntiavimus et unde evasimus revertamur; test. 3, 11 (122, 7 H) ad saeculum cui iam renuntiavit; ep. 52, 3 (652, 11 H) ad saeculum cui renuntiaverant reversi.

[7] ep. 10, 4 (494, 5 H) stantium firmitatem; ep. 11, 8 (501, 17 H). — Cic. Tusc. 1, 39, 93 nulla praestituta die; ad Att. 13, 49, 1 scis enim dies illorum iudiciorum praestitutos fuisse.

[11] secessio hoc loco non idem valet quod martyrium, confessio quaedem habetur; contra ad Fort. 12 (345, 9 sqq. H) in martyrum numero habet eos, qui secesserunt, Cyprianus dicens: nec solos animadversos et interfectos divinae pollicitationis manent praemia, sed etiam si passio fidelibus desit, fides tamen integra adque invicta perstiterit et contemptis ac relictis suis omnibus Christum se sequi christianus ostenderit, ipse quoque a Christo inter martyras honoratur. — consolatur Cyprianus eos, qui parati quidem ad martyrium non tamen tulerunt pace superveniente, ep. 10, 5 (494, 20 sqq. H): ergo utraque res... sublimis pariter et inlustris; illa securior ad Dominum victoriae consummatione properare, haec laetior accepto post gloriam commeatu in ecclesiae laude florere. Commod. instr. 2, 9, 2 vincere qui poterit aut latere, magna tropaea. 10 transfluviat hostis, tu sub latebra conde. — Tertullianus fugam in persecutione non concessit, Cyprianus ipse secessit.

[13] conscientia pura: 1. Tim. 3, 9.

maturus inventus est, hic fortasse dilatus est qui patrimonio derelicto idcirco secesserit, quia non erat negaturus: confiteretur utique, si fuisset et ipse detentus.

4. Has martyrum caelestes coronas, has confessorum glorias spiritales, has stantium fratrum maximas eximiasque virtutes maestitia una contristat, quod avulsam nostrorum viscerum partem violentus inimicus populationis suae strage deiecit. quid hoc loco faciam, dilectissimi fratres, fluctuans vario mentis aestu quid aut quomodo dicam? lacrimis magis quam verbis opus est ad exprimendum dolorem, quo corporis nostri plaga deflenda est, quo populi aliquando numerosi multiplex lamentanda iactura est. quis enim sic durus ac ferreus, quis sic fraternae caritatis oblitus qui inter suorum multiformes ruinas et lugubres ac multo squalore deformes reliquias constitutus siccos oculos tenere

2 secessit MWR 5 unua $S^1$ 6 avulsum M 7 deiecit] ł tetegit W *i. m.* 8 varios R qui R 9 quo] quem $S^1$ 10 aliquando *om.* R. numero simul triplex R 11 ac] aut R 12 ac] et M 13 reliquia $S^1$ ac reliquias R

[1] de bon. pat. 12 (405, 25 H) patrimonia relinquenda sunt.

[4] Firm. err. 29, 4 vobis caelestis victoriae corona oblata est. Ps. Hil. libel. 11 martyrii coronam.

[7] de laude mart. 8 (III 32, 9 H) stragem populatarum urbium intuemur.

[8] sqq. cf. p. 36, 15; 37, 14; ad Novat. 1 (III 52, 9 H) intolerabiliter animo aestuanti quidnam agere deberem; de mort. 6 (300, 16 H) mente incredula perfidus fluctuaris; ep. 45, 3 (602, 16 H) in hoc fluctu aestuantium fratrum mentes; 55, 2 (624, 22 H) aestuantis animi; Vita 5 (praef. XCV, 19 H) ardore plebs aestuans flutuabat; Verg. Aen. 8, 19 magno curarum fluctuat aestu; 9, 798 mens exaestuat ira; Paneg. 9 (12), 19, 2 multitudo . . . inpulsu vario fluctuabat; Rufin. hist. 9, 9, 3 alio nihilominus aestu . . . principis animus fluctuabat; Aug. de civ. d. 9, 6 (daemones) passionum aestibus fluctuare; Max. ep. p. 2 inter tot fluctuantium cogitationum aestus.

[11] durus ac ferreus: Mirac. Steph. 2, 1; Cic. Lael. 13, 48 virtutem duram et quasi ferream esse quandam volunt; Val. Max. 5, 3, 2a duris, atque ut ita dicam, ferreis sententiis; Cic. Lael. 23, 87 quis tam esset ferreus; Verr. V 121 quis tam fuit illo tempore ferreus, quis tam inhumanus? Catil. 4, 3 nec tamen ego sum ille ferreus qui fratris carissimi atque amantissimi praesentis maerore non movear horumque omnium lacrimis. fraternae caritatis: Val. Max. 2, 7, 5; 5, 5, 2; 5, 6 praef.; Hil. in Matth. 4, 8; Rufin. ep. Clement. 3; Alc. Avit. ep. 11.

[12] cf. p. 46, 3 sq.; Cypr. ep. 11, 8 (501, 15 sqq. H) qui sint positi inter plangentium ruinas et timentium reliquias, inter numerosam languentium stragem et exiguam stantium firmitatem. Cassian. inst. 12, 26 miserabilem animam ruina lugubriore prosternat.

[13] Sen. controv. 1, 1, 17 deformis squalore; Justin. 4, 4, 1 omni squaloris habitu . . . deformes. constitutus: pro participio praes. verbi esse, cf. p. 35, 13; 46, 4. siccos oculos: Hor. c. 1, 3, 18; Senec. de tranq. an. 15, 6; Prop. 1, 17, 11; Mart. 1, 92, 1.

praevaleat nec erumpente statim fletu prius gemitus suos lacrimis quam voce depromat? doleo, fratres, doleo vobiscum nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria et sanitas privata blanditur, quando plus pastor in gregis sui vulnere vulneretur. cum singulis pectus meum copulo, maeroris et funeris pondera luctuosa participo. cum plangentibus plango, cum deflentibus defleo, cum iacentibus iacere me credo. iaculis illis grassantis inimici mea simul membra percussa sunt, saevientes gladii per mea viscera transierunt. inmunis et liber a persecutionis incursu fuisse non potest animus: in prostratis fratribus et me prostravit adfectus.

5. Habenda tamen est, fratres dilectissimi, ratio veritatis nec sic mentem debet et sensum persecutionis infestae tenebrosa caligo caecasse, ut nihil remanserit lucis et luminis, unde divina praecepta perspici possint. si cladis causa cognoscitur, et medella vulneris invenitur. Dominus probari familiam suam voluit et quia traditam nobis divinitus

---

2 fratres dilectissimi RV leniendos *ex* leniendum M 4 vulneris R 5 maeroris *ex* memroris $S^2$ merore R participo *ex* participii M pagentibus $S^1$ 7 mea simul $S^2MW$ mei simul (simul *s. l.*) $S^1$ simul mea R saevientis $S^1M^1$ 8 a *om.* W 12 debet mentem S infesta et R 13 lucis et luminis MWR *Bayard* 339 lum. et lucis S *Hart.* untde $S^1$ 14 possint *ex* possunt MW 14 sic (c *eras.*) M vulneris] i *in ras.* M 15 in nobis $S^1$

[1] Quintil. inst. or. 6, 2, 7 fletus erumpit. — Cic. Sest. 68 cum lacrimis gemituque; Verr. 2, 2, 50 sine lacrimis et gemitu; Sen. suas. 6, 19 solvit pectora omnium in lacrimas gemitusque; Mart. 11, 99, 4 cum lacrimis eximis et gemitu; Sil. 5, 503 sq. lacrimae ... fusae cum gemitu; 6, 102 cum gemitu lacrimisque simul; Lucan. 7, 724 gemitus lacrimaeque secuntur.

[2] ep. 17, 1 (521, 4sqq. H) vobiscum pro singulis ingemesco pariter et doleo ... conpatior ego, condoleo fratribus nostris. Ov. met. 13, 317 lenire dolores.

[6] cf. 2. Cor. 11, 29; 1. Clem. 2, 6 ἐπὶ τοῖς παραπτώμασιν τῶν πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ ὑστερήματα αὐτῶν ἴδια ἐκρίνετε; Cypr. ep. 55, 19 (637, 18 H) dolere cum dolentibus et cum flentibus flere; 62, 1 (698, 13 H) quis enim non doleat in eiusmodi casibus aut quis non dolorem fratris ut suum proprium computet? ad Nov. 13 (III 63, 8H) qui semper in domo una... proximorum delicta ut propria fleverit; Ambros. de paenit. 2, 8, 73 da ut condolere norim peccantibus ... quotiescumque peccatum alicuius lapsi exponitur compatiar ... lugeam et defleam.

[7] ep. 59, 11 (679, 5 H) grassabantur per noctem latrocinia.

[8] cf. Luk. 2, 35; Stabat mater 1, 5 sq. — ep. 58. 6 (661, 26 H) neminem esse a periculo persecutionis inmunem.

[12] tenebrosa caligo: Gen. 15, 17.

[13] divina praecepta: ep. 6, 2 (481, 5 H); 63, 18 (715, 23 H) et saepius.

[14] cf. p. 40, 5; 45, 6; 46, 10; 47, 7; de op. et el. 3 (375, 3 H) medellis spiritalibus vulnera nostra curemus; ad Novat. 6 (III 57, 20 H).

[15] cf. ep. 11, 5 (500, 5 H) excuti nos deus voluit et probari; 6, 2 (481, 13 H) martyras Dei ... ipsa passionis probatione sanctificant (tormenta). test. 3, 15 (127, 18 H) ad hoc temptari homines a Deo, ut explorentur; ad Fortun. 9 (331, 8 H) ad hoc pressuras et persecutiones fieri ut probemur; ad Dem. 18, (364, 7 H) per ipsa quae

disciplinam pax longa corruperat, iacentem fidem et paene dixerim dormientem censura caelestis erexit, cumque nos peccatis nostris amplius mereremur, clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est, ut hoc omne quod gestum est exploratio potius quam persecutio videretur.

6. Studebant augendo patrimonio singuli et obliti quid credentes sub apostolis ante fecissent aut semper facere deberent insatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant. non in sacerdotiis religio devota, non in ministeriis fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina. corrupta barba in viris, in feminis forma fucata: adulterati post Dei manus oculi, capilli mendacio colorati.

1 bene M 5 videretur MWR duceretur *ex* diceretur $S^2$ 6 haec narratio convenit instanti tempori W *i. m.* quod M cre || dentes (den *eras.*) W 8 *post* ampliandis *eras.* cupidita W sacerdotibus SR *Hart.* 9 ministris S fidei R 10 *post* corrupta *quattuor fere litterae eras.* M 11 fugata R adulteratio M dei W *s. l.* figmentum *add. s. l.* M

nos cruciant et fatigant probari et corroborari nos scimus et fidimus; de mort. 1 (297, 6 H) fides . . . temtationibus non vincitur, sed probatur; 16 (307, 4 H) quod pestis illa et lues . . . explorat iustitiam singulorum et mentes humani generis examinat; de cath. eccl. un. 10 (218, 18 H) fieri vero haec Dominus permittit, ut dum corda et mentes nostras veritatis discrimen examinat . . .; de bono pat. 17 (409, 22 H) examinandis autem nobis adque explorandis diversi inportantur dolores et multiplex temptationum qualitas inrogatur; ad Novat. 16 (III 38, 8 H) quoniam ergo nos terrenis temptationibus probat Dominus et his saeculi malis scrutatur Christus et expendit; Min. Fel. 36, 9 in adversis unumquemque explorat et examinat, ingenium singulorum periculis pensitat.

4 ep. 11, 5 (500, 4 H) persecutio ista examinatio est adque exploratio peccati nostri; de mort. 16 (307, 15 H) exercitia sunt ista nobis, non funera; Min. Fel. 36, 8 et quod corporis humana vitia sentimus et patimur, non est poena, militia est; Sen. de prov. 1, 4, 12 patiamur: non est saevitia, certamen est.

6 ep. 11, 1 (496, 3 H) patrimonio et lucro studentes.

7 de op. et el. 25 (393, 9 H) cogitemus . . ., quid sub apostolis fecerit credentium populus; cf. de cath. eccl. un. 26 et de dom. or. 20.

8 Lact. div. inst. 6, 4, 20 cupiditatem insatiabilem; Cic. fin. 1, 13, 43 cupiditatum ardore restincto; Commod. instr. 2, 23, 6 dum illum incumbere quaeris, . . vivis in ardore lucrorum.

9 Avell. p. 7, 3 devotam religionem vestram.

10 Lev. 19, 26. 27 (Cypr. test. 3, 84; de laps. 30).

11 Ps. Hil. libell. 11 non fucata forma procedere. — de hab. virg. 14 (197, 28 H) oculos circumducto nigrore fucare; 15 (198, 7 H) opus Dei et factura eius et plastica adulterari nullo modo debeat adhibito flavo colore vel nigro pulvere aut rubore; Salv. gub. 6, 38 adulterantes visu inpurissimo oculos. de hab. virg. 16 (199, 9 H) sacrilego contemptu crines tuos inficis; 17 (199, 19 H) crinem adultero colore mutasti; Ov. am. 3, 10, 12 coloratas subsecuitque comas; Lamprid. Comm. 17, 3 fuit . . capillo semper fucato; Commod. instr. 2, 19, 10 kapillos inficitis, oculos nigrore linitis.

ad decipienda corda simplicum callidae fraudes, circumveniendis fratribus subdolae voluntates. iungere cum infidelibus vinculum matrimonii, prostituere gentilibus membra Christi. non iurare tantum temere sed adhuc etiam peierare, praepositos superbo tumore contemnere, venenato sibi ore maledicere, odiis pertinacibus invicem dissidere. episcopi plurimi quos et hortamento esse oportet ceteris et exemplo divina procuratione contempta procuratores regum saecularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta per alienas provincias oberrantes negotiationis quaestuosae nundinas aucupari, esurientibus in ecclesia fratribus habere argentum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus

1 deicienda R simplicium M 2 voluntatis $S^1$ 4 adhuc W *s. l. om.* Bayard 339 etiam MWR et S *Hart. Bayard. sed cf.* adhuc etiam *ep. 75, 6 (813, 31H)* propositos $S^1$ 5 venerato R dissedere S 6 ornamento *August. c. Crescon. 3, 36* et *om.* R 7 regum SMW *(post* regum *ras. complur. litt.)* rerum RW *i. m.* $M^2$ Aug. c. Crescon. 3, 36, 40 8 delicta $W^1$ 9 negotiationes $S^1$ quaestuosae *ex* quaestuosas W quaestudiosos R 10 invidiosis S

[1] Deut. 11, 16 ne forte decipiatur cor vestrum; Job. 31, 9 si deceptum est cor meum. Sen. Phaedr. 502 callidas fraudes; Apul. met. 75 callidissima fraude.

[2] iungere — Christi: hunc locum affert Augustinus de fide et op. 19, 35 (CSEL XXXXI 80, 16) et de adulter. coniug. 25, 31 (l. c. 378, 26); Cypr. ad Fortun. 62 (166, 3H) matrimonium cum gentilibus non iungendum. Tert. ad uxor. 2, 3 fideles gentilium matrimonia subeuntes stupri reos esse constat.

[3] membra Christi: Rom. 12, 4. 5; 1. Cor. 6, 15; 12, 27; Eph. 5, 30. test. 3, 12 (125, 18H) non iurandum; de mort. 4 (299, 20H) conpelleris iurare quod non licet; de bono pat. 16 (408, 16 H) ut non iures neque maledicas. Lact. div. inst. epit. 59, 1 non maledicet umquam ... non peierabit ... sed ne iurabit quidem.

[4] ep. 52, 2 (617, 21 H) stupore superbi tumoris inflatus; 55, 8 (629, 13 H) quos .. superbiae suae timor inflat; 66, 5 (720, 6 H) dum episcopus ... superba quorundam praesumptione contemnitur . . quis enim hic est superbiae tumor? Lact. div. inst. 3, 22, 3.

[5] Ov. met. 14, 412 ora venenata. — Plin. n. h. 24, 1, 1 tam pertinaci odio dissident.

[6] episcopi — *p. 15, 6*: hos versus vel affert vel tangit Augustinus c. epist. Parmeniani 1, 4, 6 (CSEL LI, 26, 4); 3, 2, 8 (109, 8; 110, 5); 3, 2, 10 (111, 15); 3, 4, 25 (131, 20); de bapt. 3, 17, 22 (214, 3); 3, 18, 23 (215, 21); 4, 9, 12 (236, 22); 4, 14, 21 (247, 14); 5, 10, 12 (273, 3); 6, 24, 43 (320, 26); c. Crescon. Donat. 2, 15, 18 (CSEL LII 377, 10); 3, 26, 33 (432, 4); 3, 36, 40 (448, 1); breviculus collat. 3, 8, 11 (CSEL LIII 61, 16); c. partem Donati post gesta 20, 28 (127, 10); c. Gaudent. 9, 10 (266, 10);

[7] sq. ep. 52, 1 (616, 15 H) Euaristum de episcopo iam nec laicum remansisse, cathedrae et plebis extorrem et de ecclesia Christi exsulem per alias long eprovincias oberrare.

[9] ep. 15, 15 (515, 22 H) inlicitae negationis nundinas aucupantur; Sidon. ep. 9, 7, 5 aucupabimus nundinas.

[10] ep. 52, 1 (617, 2 H) Nicostratum . . ecclesiasticis pecuniis sacrilega traude subtractis et viduarum ac pupillorum depositis denegatis . . conscientia rapinarum . . fugisse; Arnob. nat. 5, 9 insid. fraud. Aug. c. Crescon. 2, 15, 18 de quibus gemens loquitur Cyprianus „saeculo verbis solis et non factis renuntiantes" tot episcopi

rapere, usuris multiplicantibus faenus augere. quid non perpeti tales pro peccatis eiusmodi mereremur, cum iam pridem praemonuerit ac dixerit censura divina: si dereliquerint legem meam et in iudiciis meis non ambulaverint, si iustificationes meas profanaverint et praecepta mea non observaverint, visitabo in virga facinora eorum et in flagellis delicta eorum.

7. Praenuntiata sunt ista nobis et ante praedicta. sed nos datae legis et observationis inmemores id egimus per nostra peccata, ut dum Domini mandata contemnimus ad correptionem delicti et probationem fidei remediis severioribus veniremus, nec saltim vel sero conversi ad Domini timorem sumus, ut hanc correptionem nostram probationemque divinam patienter et fortiter subiremus. ad prima statim verba minantis inimici maximus fratrum numerus fidem suam prodidit nec prostratus est persecutionis inpetu, sed voluntario lapsu se ipse prostravit.

---

1 rapientes *Aug. c. Crescon. 2*, 15, 18 foenus M augentes *Aug. l. c.* quid *ante* quid *eras.* W 2 huiusmodi R merremur $W^1$ meremur M ac] et V 3 derelinquerint MWR. 4 iustificationis S 5 mea *om.* W 7 data eligis R 9 correptionem SRV correctionem MW *itemque l. 11* prob.] provocationem S 10 saltem S vel *om.* MWR *sed cf. de bono pat. 4 (399, 19 H)* vel sero ad Deum convertatur. 11 ut *ex* et W 12 primas $S^1$ 14 nec persequutionis R se $W^2$ *s. l.*

---

avari, de quibus idem ipse testatur: „fundos insidiosis fraudibus rapientes usuris multiplicantibus faenus augentes".

[1] Corn. Nep. Att. 2, 5 multiplicandis usuris.

[2] mereremur] Aug. c. ep. Parmen. 3, 2, 8 (CSEL LI, 109, 14) non enim ait ‚mererentur' red ‚mereremur', quod nullo modo dixisset, cum talis utique ipse non esset, nisi manisfestare vellet eorum facta se gemere, qui ei non solum ecclesiae unitate sed etiam collegii consortio iungerentur, quamvis ab eis vita moribus corde proposito discreparet. ep. 11, 19 (496, 19 H) sicut praemonuit divina censura dicens; ad Dem. 23 (368, 4 H) quia iam pridem per prophetam Deus praemonens hortatur et dicit.

[3] censura divina: ep. 15, 3 (515, 19 H); Tert. anim. 58; apol. 39; resurr. 14. 17; Lact. de ira 17, 6; 20, 8. — Ps. 88, 31 sq.

[7] ante praedicta: Pleonasmus.

[9] test. 3, 102 (179, 14 H) correptionem bonos quosque libenter audire debere.

[10] Apul. met. 5, 30 acrioribus remediis coerceat. — ad Demetr. 23 (368, 3 sqq. H) Deum vel sero quaerite . . . Deum vel sero cognoscite; de bono pat. 4 (399, 19 H) homo . . . vel sero ad Deum convertatur; ep. 66, 9 (733, 17 H) agere vel sero paenitentiam coeperis; de iud. incred. 1 (III 119, 13 H) saltim vel sero credentes possint converso ad Deum timore . . liberari; adv. Jud. 8 (III 142, 5 H) vel sero vel tarde intellegite testamentum novum.

[12] Cic. Phil. 11, 3, 7 fortiter et patienter.

[14] cf. p. 24, 9; ep. 55, 13 (633, 4 H) neque enim aequandi sunt ille, qui ad sacrificium nefandum statim voluntate prosilivit et qui reluctatus et congressus diu ad hoc funestum opus necesitate pervenit; 56, 1 (648, 15 H) nec tamen post hunc gravem lapsum non voluntate red necessitate susceptum.

quid oro inauditum, quid novum venerat, ut velut incognitis atque inopinatis rebus exortis Christi sacramentum temeritate praecipiti solveretur? nonne haec et prophetae ante et apostoli postmodum nuntiaverunt? nonne iustorum pressuras et gentilium semper iniurias pleni sancto Spiritu praedicaverunt? nonne fidem nostram semper armans et Dei servos caelesti voce corroborans dicit scriptura divina: Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies? nonne iram divinae indignationis ostendens et poenae metum praemonens denuo dixit: adoraverunt eos quos fecerunt digiti eorum, et curvatus est homo et humiliatus est vir, et non laxabo illis? et iterum Dominus loquitur dicens: sacrificans diis eradicabitur nisi Domino soli. in evangelio quoque postmodum Dominus in verbis doctor et consummator in factis docens quid fieret et faciens quodcumque

1 veluti W² vel S¹ atque] at M 2 extortis R praecipitem S¹ praecipi ‖ tiW 5 spiritu W *i. ras.* non R 6 et ad dei R. 7 illi] ipsi V 8 poenae metu S¹ paene tum R proponens *ex* praepones S² 9 adornaverunt deos S¹ 11 dominus MWV deusSR*Hart.* *ante* loquitur *eras.* dicens M diis alienis (*exp. m. 1*) radicabitur S 12 dominus *om.* W¹ 13 *prius* et *om.* W facies S¹

1 sq. ad Fort. 11 (336, 26 H) nec nova aut repentina haec sunt; de mort. 2 (298, 1 H) ne inopinatus nos et novus rerum infestantium metus quateret; Cic. Verr. II 2, 24 nova tibi haec sunt et inopinata; 69 cum hoc illi improvisum atque inopinatum accidisset; dom. 4, 9 res inopinata ac recens; Tusc. 3, 55 qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil animo novum; 4, 37 ut inopinatum ac novum accidisse videatur. Sen. ep. 99, 22 quid incredibile, quid novum evenit? de benef. 7, 26, 2 non est quod indigneris, tanquam aliquid novi acciderit; de ira 2, 31, 1 indigna putamus quae inopinata sunt . . . quid novi est, si inimicus nocet?

2 Sen. Oct. 838 temeritate fertur in praeceps sua.

4 ad Fort. 11 (336, 28 H) per pressuras et iniurias et graves ac multiformes instantium poenas.

5 sq. de dom. or. 19 (281, 17 H) sic et beatus apostolus monet formans et corroborans spei nostrae ac fidei firmitatem; ad Fort. 1 (317, 5 H) ad praeparandas et corroborandas fratrum mentes de divinis scripturis hortamenta conponerem quibus milites Christi ad . . certamen animarem; ep. 43, 1 (591, 1 H) exhortationibus adsiduis singulos corroborare. Tert. resurr. 39; Lact. d. i. 5, 22, 17; Aug. civ. dei 10, 8.

6 Commod. instr. 2, 15, 2 caelesti voce clamantem; Tert. or. 3. — Deut. 6, 13.

7 quod idola dii non sint 13 (36, 2 H) accensa ira et indignatione; de cath. eccl. un. 18 (226, 16 H) Dei indignantis ira; ad Demetr. 5 (354, 13 H) censuram Dei indignantis.

9 Es. 2, 8 sq.

11 Ex. 22, 20.

12 Hebr. 12, 2 τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν. Ps. Aug. vit. christ. 8 ille legis consummator et factor est.

13 sq. cf. p. 20, 3; de cath. eccl. un. 2 (210, 23 H) verbis igitur eius insistere, quaecumque et docuit et fecit discere et facere debemus; ep. 58, 3 (659, 2 H)

docuisset, quicquid nunc geritur et geretur non ante praemonuit? nonne et negantibus aeterna supplicia et salutaria confitentibus praemia ante constituit?

8. Exciderunt quibusdam pro nefas omnia et de memoria recesserunt. non expectaverunt saltim ut ascenderent adprehensi, ut interrogati negarent. ante aciem multi victi, sine congressione prostrati nec hoc sibi reliquerunt ut sacrificare idolis viderentur inviti. ultro ad forum currere, ad mortem sponte properare, quasi hoc olim cuperent, quasi amplecterentur occasionem datam quam libenter optassent. quot illic a magistratibus vespera urgente dilati sunt, quot ne eorum differretur interitus et rogaverunt! quam vim potest talis obtendere, qua crimen suum purget, cum vim magis ipse fecerit ut periret? nonne quando ad capitolium sponte ventum est, quando ultro ad obsequium diri facinoris accessum est, labavit gressus, caligavit aspectus, tremuerunt

1 quicquic M non $SW^1$ nonne $MW^2R$ 2 et *alterum* W *s. l.* 5 spectaverunt $S^1$ espectaverunt $W^1$ ascenderent *ex* accend. M ut ascenderent adprehensi *post* negarent *transposuit* R aut R interrogati ||(one *eras.*) negare || nt W 7 relinquerunt R 9 quod SR 10 a *om.* M magistratribus S vespera *ex* vespere M urguente V quod ne WR quod nec M quod etiam nec S differetur $SW^1$ 11 vis $W^1$ potes $S^1$ talis *S. s. l.* ostendere R quam $W^1$ *corr. i. m.* $W^2$ 12 *post* magis *sex fere litt. eras.* W. 13 ad *alterum* $W^2$ *s. l.* diri ||| R 14 est $W^2$ *s. l.* labebit $S^1$ lavabit $W^1$ lababat $W^2$ lavit R

Dominus ... ut quod fieri docuit faceret et qui pati hortatur prior pro nobis ipse pateretur; 58, 6 (662, 15 H) Dominus et deus noster quicquid docuit et fecit, ut discipulus excusatus esse non possit qui docuit et non facit; Test. 3, 96 (177, 6 H) factis non verbis operandum; de dom. or. 29 (288, 14 H) nec verbis tantum sed et factis deus orare nos docuit; ad Fort. 5 (326, 8 H) quando ille veniens non verbis nos hortatus sit sed et factis; de bono pat. 3 (398, 18 H) qui philosophi non verbis sed factis sumus; 6 (401, 6 H) nec hoc... Dominus et Deus noster tantum verbis docuit sed implevit et factis; ep. 11, 1 (496, 5 H) saeculo verbis solis et non factis renuntiantes; (cf. Aug. de fide et op. 27, 49; de bapt. 4, 14, 21; c. Crescon. 2, 15, 18); 61, 2 (696, 17 H) ad facienda martyria non verbis plebem sed factis cohortetur; 66, 10 (734, 14 H) ut qui verbis prius non credidissent factis postmodum crederent; 76, 6 (832, 12 H) conplentes factis quod verbis ante docuistis; Seneca ep. 16, 3 (philosophia) non in verbis sed in rebus est; Tert. apol. 46 verborum et factorum operator; Lact. div. inst. epit. 38, 8.

2 aeterna supplicia: Lact. div. inst. 2, 12, 9; 5, 19, 1; 7, 1, 25.

4 Liv. 27, 3 excidit memoria; 29, 19; Verg. Aen. 1, 29 exciderant animo.

5 ascenderent scl. capitolium Carthaginis.

8 Ambros. de paenit. 1, 4, 19 (MSL 16, 472 AB) numquid eadem causa est eius qui sponte negat. ad mortem properare: Lact. div. inst. 6, 1, 9.

9 Plin. ep. 2, 13, 1 occasionem . . avidissime amplecteris.

10 vespera urgenta: Lact. div. inst. 4, 15, 20.

11 cf. p. 22, 21.

13 Apul. met. 5, 26 tam dirum facinus.

14 sqq. Auson. Mos. 334 despectu iam caligante; Hieron. ep. 147, 6 caligaverunt

viscera, membra conciderunt? non sensus obstipuit, lingua haesit, sermo defecit? stare illic potuit Dei servus et loqui et renuntiare Christo qui iam diabolo renuntiaverat et saeculo? non ara illa, quo moriturus accesserat, rogus illi fuit? non diaboli altare quod faetore taetro fumare ac redolere conspexerat velut funus et bustum vitae suae horrere ac fugere debebat? quid hostiam tecum, miser, quid victimam supplicaturus inportas? ipse ad aras hostia, victima ipse venisti, inmolasti illic salutem tuam, spem tuam, fidem tuam funestis illic ignibus concremasti.

9. Ac multis proprius interitus satis non fuit: hortamentis mutuis in exitium populus inpulsus est, mors invicem letali poculo propinata est. ac ne quid deesset ad criminis cumulum, infantes quoque parentum

---

1 vis cera W viscera *i. m.* membra S brachia MWR *sed cf. p. 24, 7.* 2 defecit *ex* deficit W 3 quia S renuntiaverat SVMW¹ renuntiarat RW² *Bayard 339 numeri causa.* 4 accessit MWR non *ante* fuit *eras.* W le foetore M 5 redore W redolere *i. m.* *alterum* ac *ex* et M ac ne R 7 inportas S *Hart.* inponis MWR haras W¹ ipse victima S 8 salutem tuam *om.* R spem tuam *om.* S illis (ign.) MW 10 ac *om.* S ortamentis S² W hortamentum S¹ 11 exitum S¹ *add.* suum V pupulis W¹ 12 parentium MW

---

oculi, lingua torpuit, conciderunt bracchia; Verg. Aen. 12, 868 vox faucibus haesit; Ter. Eun. 5, 6, 7 lingua haeret metu; Lact. div. inst. 6, 15, 12 nisi cui mens ita obstipuerit.

[2] cf. p. 20, 2.

[3] Test. 3, 11 (122, 7 H) nec adtendere ad saeculum, cui iam renuntiavit; de dom. or. 13 (276, 8 H) qui renuntiavit iam saeculo; ad Fort. 7 (328, 19 H) ne ad diabolum rursum et ad saeculum quibus renuntiavimus et unde evasimus revertamur; de bono pat. 12 (406, 3 H) qui diabolo et mundo renuntiavimus.

[4] ep. 55, 14 (633, 22 H) ad aras diaboli; cf. p. 26, 6.

[4] sq. Lucr. 6, 752 fumant altaria donis; (cf. Verg. ecl. 1, 43; Ovid ep. 1, 25; fast. 2, 193; Sil. 8, 432; 12, 332); Cic. Sest. 10, 24 domus ipsa fumabat, ut multa eius nidoris indicia redolerent.

[5] Min. Fel. Oct. 8, 4 templa ut busta despiciunt; Firm. err. 16, 3 busta sunt haec . . . appellanda, non templa: rogi sunt potius dicendi miserorum. Paul. Petric. vita Mart. 4, 290 in miseris dudum foetentia bustis; Auson. epit. her. 3, 2 inlacrimans bustis funeris ipsa mei.

[8] Lact. div. inst. 2, 16, 15 vita et salus eorum qui haec fecerint immolatur. — Cic. in Cat. 3, 22 funestos ac nefarios ignes.

[10] sq. ad Fort. 5 (325, 8 H) quod sic idolatriae indignetur Deus, ut praeceperit etiam eos interfici qui sacrificare et servire idolis suaserint; ep. 55, 13 (633, 6 H) ille qui et se et omnes suos prodidit;.. ille qui et inquilinos vel amicos suos ad facinus conpulit; 59, 10 (678, 5 H) Repostus Sutunurcensis, qui non tantum in persecutione ipse cecidit, sed et maximam partem plebis suae sacrilega persuasione deiecit.

[12] „ac ne quid — 19, 2 consecuti" affert Aug. ep. 98, 3. — Ps. Aug. quaest. test. 19, 13 ad cumulum reatus eius proficeret; Greg. Magn. mor. 5, 32 protinus ad cumulum reatus pertrahunt.

manibus inpositi vel adtracti amiserunt parvuli quod in primo statim nativitatis exordio fuerant consecuti. nonne illi, cum iudicii dies venerit, dicent: „nos nihil fecimus nec derelicto cibo et poculo Domini ad profana contagia sponte properavimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas: illi nobis ecclesiam matrem, illi patrem Deum negaverunt, ut dum parvi et inprovidi et tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminum iungimur, aliena fraude caperemur?“

10. Nec est pro dolor iusta aliqua et gravis causa quae tantum facinus excuset. relinquenda erat patria et patrimonii facienda iactura. cui enim non nascenti atque morienti relinquenda quandoque patria et patrimonii sui facienda iactura est? Christus non relinquatur, salutis ac sedis aeternae iactura timeatur. clamat ecce per prophetam Spiritus sanctus: discedite, discedite, exite inde et inmundum nolite tangere: exite de medio eius, separamini qui fertis vasa Domini. et qui vasa sunt Domini et templum Dei ne inmundum tangere et feralibus cibis pollui violarique cogantur, non exeunt de

1 inpositi SRV *August. ep. 98, 3* vel inpositi MW adtractati R *nonnulli codd. August.* parvoli M (o *ex* u) W 2 illi *ex* illum M *om.* R 3 cibo W *s. l.* 4 aligena $W^1$ *itemque l. 7.* 5 sensibus R dominum *August. l. c.* 6 ut dum *ex* ud W 7 criminis V *August. l. c.* caperemur SWV caperemur M capimur R 9 patrimoni $W^1$ factura R 10 nascentia ($W^1$) atque morientia R relinquenda erat MW quanque $W^1$ patrimonii *ex* patrimonia M 11 est *om.* $MW^1$ salvis R 12 aeternae *om.* $W^1$ timeamur W ecce] dominus *in ras.* (ecce *eras.*) M prophetas $S^1M^2$ spiritus *om.* M 14 seperamini $W^1$ 16 coguntur M

[2] „nonne illi — 7 caperemur“ affert Aug. ep. 98, 3; ad Demetr. 5 (354, 12 H) adpropinquante iam iudicii die.

[3] cibo et poculo Domini: eucharistia; Firm. err. 18, 5 dulcis dei cibus; Apul. met. 8, 19 de cibo vel poculo. — profana contagia: cf. p. 8, 12 sq.; Rufin. hist. 2, 6, 2.

[6] Lact. div. inst. 5, 13, 3 si pueri, si adulescentes inprovidi sunt per aetatem.

[7] Lact. div. inst. 5, 19, 4 alios etiam in consortium mali sui rapiunt; epit. 48, 11.

[9] de bono pat. 12 (405, 25 H) patrimonia relinquenda sunt; Cic. fin. 2, 24, 79 iacturae rei familiaris erunt faciendae. — Qui fuga se subtraxerant, ne immolarent, eorum fortunae publicabantur.

[11] de op. et el. 7 (378, 20 H) magister salutis aeternae; ad Dem. 23 (367, 21 H) tempus est ad veram et aeternam salutem; Commod. apol. 610 pro aeterna salute.

[12] de hab. virg. 13 (196, 15 H) clamat etiam Spiritu sancto plenus Esaias; Commod. apol. 352 qui de semet ipso per ora prophetica clamat. Sen. de brev. vit. 9, 2 clamat ecce maximus vates et velut divino ore.

[13] Es. 52, 11; 2. Cor. 6, 17.

[15] templum dei: 1. Cor. 3, 16; 2. Cor. 6, 16; Eph. 2, 21.

[16] ep. 55, 14 (634, 4 H) etsi manus pura sit et os eius feralis cibi contagia nulla polluerint; Aug. Faust. 18, 2; 31, 1.

medio nec recedunt? alibi quoque vox auditur e caelo praemonens quid Dei servos facere oporteret et dicens: exi de ea, populus meus, ne particeps sis delictorum eius et ne perstringaris plagis eius. qui exit et cedit delicti particeps non fit, plagis vero et ipse perstringitur qui socius criminis invenitur. et ideo Dominus in persecutione secedere et fugere mandavit atque ut id fieret et docuit et fecit. nam cum corona de Dei dignatione descendat nec possit accipi nisi fuerit hora sumendi, quisque in Christo manens interim cedit non fidem denegat sed tempus expectat: qui autem cum non secederet cecidit, negaturus remansit.

11. Dissimulanda, fratres, veritas non est nec vulneris nostri materia et causa reticenda. decepit multos patrimonii sui amor caecus, nec ad recedendum parati aut expediti esse potuerunt quos facultates suae velut conpedes ligaverunt. illa fuerunt remanentibus vincula, illae catenae quibus et virtus retardata est et fides pressa et mens vincta et anima praeclusa, ut serpenti terram secundum Dei sententiam

1 recederunt $W^1$ alibi *ex* alieni W a caelo $M^1$ praemonens *om.* R 2 qui $W^1$ oporteret et SV conveniat MWR exi || W 3 dilectorum S praestringaris R 4 delictorum eius M dilecti S participes S 5 ille V praestringitur R 6 recedere S sedere $W^1$ fugere *ex* figere M ut id fieret] uti defleret R *alterum* et *om.* S 7 et fecit $W^2$ *s. l.* discendat SW 8 ora M caedit R 9 cum *om.* $M^1$ secederet] recedet $S^1$ recedit $S^2$ 11 fratres carissimi S 12 decipit M patrimoni S sui *om.* R a. mor W 13 recedentium $W^1$ recedum $M^1$ parati aut expediti SMW expediti aut succincti R 14 remanentibus] trementibus R 15 victa SR 16 terra R

[1] Mt. 3, 17 καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα; 17, 5.

[1] sq. de cath. eccl. un. 16 (224, 16 H) quia et sic in occasu mundi oportebat praenuntiante per apostolum nobis et praemonente spiritu sancto; ep. 13, 3 (506, 9 H) Domino praemonente et dicente.

[2] cf. p. 18, 2; Commod. instr. 2, 33, 2 erras Dei servus. — Apoc. 18, 4.

[5] ad Demetr. 18 (363, 21 H) quod et ipsi videantur accidentium incursione perstringi. [6] cf. p. 16, 13.

[7] ep. 10, 5 (494, 24 H) honor divinae dignationis; ep. 43, 1 (590, 13 H) gloria divinae dignationis inlustres; Lact. div. inst. 6, 5, 4 quantum in nos dignatio divina contulerit; Damas. 7 coronam divinae dignationis.

[12] Catull. 67, 25 caeco flagrabat amore; Ov. fast. 2, 762; Verg. georg. 3, 260; Hor. c. 1, 18, 14.

[13] cf. p. 21, 12; Min. Fel. Oct. 16, 5 divites facultatibus suis illigatos; Lact. div. inst. 6, 4, 20 opibus suis tamquam conpedibus illigatos; Aug. serm. 367, 3 patrimonii tui quo es ligatus conpedem; Ps. Hil. libell. 10 non gravatur conpedibus facultatum. [15] sq. cf. p. 35, 3; de op. et el. 12 (383, 5 H) praeclusae aures et corda caecata; Lucr. 6, 1266 interclusa anima.

[16] cf. Gen. 3, 14; Paul Nol. c. 28, 251ff.:

> Tales Aethiopas serpens edit, in quibus escam,
> quam capere est, damnatus habet, quia peccatorem,
> serpentisque cibum deus uno nomine terram
> dixit, et inde vorans peccata dracone voratur.

devoranti praeda et cibus fierent qui terrestribus inhaererent. et idcirco Dominus bonorum magister et praemonens in futurum, si vis, inquit, perfectus esse, vende omnia tua et da pauperibus et habebis thesaurum in caelis: et veni, sequere me. si hoc divites facerent, per divitias non perirent, thesaurum in caelo reponentes hostem nunc et expugnatorem domesticum non haberent: esset in caelo cor et animus et sensus, si thesaurus esset in caelo, nec vinci a saeculo posset qui unde vinceretur in saeculo non haberet. sequeretur Dominum solutus et liber, ut apostoli et sub apostolis multi et nonnulli saepe fecerunt qui et rebus suis et parentibus derelictis individuis Christi nexibus adhaeserunt.

12. Sequi autem Christum quomodo possunt qui patrimonii vinculo detinentur? aut quomodo caelum petunt et ad sublimia et alta conscendunt qui terrenis cupiditatibus degravantur? possidere se credunt qui potius possidentur, census sui servi nec ad pecuniam domini sed

1 devoranti *ex* sevoranti W 4 thensaurum S *itemque l. 5 et 7* thesaurum W *item l. 5* caelo R et sequere R 5 divitias suas RV 7 cor et] curet R animaus $S^1$ sensus si] sensfur ‖ si W 8 a *om.* S 9 dominum *ex* domino M dominum suum S Christum V 10 et (rebus) *om.* S 11 inviduis $S^1$ individui R adhaeserant R 12 patrimonii sui S 13 *prius* et *om.* MW vel *add.* M s. l. 15 ad *om.* $W^1$ domini *ex* om̃ $W^2$

[1] Lact. de ira dei 24, 7 quaerendis temporalibus bonis inhaerentem.

[2] Matth. 19, 21; de dom. or. 20 (282, 8 sqq. H) contra autem Dominus perfectum et consummatum docet fieri qui omnibus suis venditis adque in usum pauperum distributis thesaurum sibi condat in caelo. eum dicit posse se sequi et gloriam dominicae passionis imitari qui expeditus et succinctus nullis laqueis rei familiaris involvitur, sed solutus ac liber facultates suas ad dominum ante praemissas ipse quoque comitatur.

[9] de hab. virg. 2 (189, 2 H) habenis liberis et solutis.

[9] sqq. de cath. eccl. un. 24 sqq. (232, 1 sqq. H) fideliter sibi unanimitatis nexibus cohaerentes. haec unanimitas sub apostolis olim fuit . . . domos tunc et fundos venundabant et thesauros sibi in caelo reponentes ; ep. 37, 1 (576, 12 H) honori nos vestro caritas vestra individua conectit.

[11] ep. 52, 1 (617, 13 H) Christi pariter atque ecclesiae unitatem individuis nexibus cohaerentem. [12] cf. p. 20, 14.

[13] Sen. dial. 3, 20, 2 altum quiddam et sublime; Hier. ep. 64, 21 incipimus de terrenis ad alta conscendere.

[14] Min. Fel. Oct. 26, 8 spiritus . . . a caelesti vigore terrenis labibus et cupiditatibus degravati. — terr. cup.: Aug. civ. dei 8, 3; 18, 2; c. Pelag. 3, 4, 9. — ad Donat. 12 (13, 27 H) auro se alligatum teneri et possideri magis quam possidere; de sing. cler. 7 (III 180, 5 H) nec cupiditatis insignia possiderent at quia cupiditate possessi sunt . . . Aristipp: ἔχω ἀλλ' οὐκ ἔχομαι; Sen. ep. 8, 3 habere nos putamus, habemur; Plin. ep. 9, 30, 4 ea invasit homines habendi cupido, ut possideri magis quam possidere videantur.

[15] de op. et el. 13 (383, 15 H) pecuniae tuae captivus et servus es; Lact. div. inst. 1, 9, 1 suis ipse vitiis mancipatus. Tac. hist. 2, 71 luxu et saginae mancipatus emptusque.

magis pecuniae mancipati. hoc tempus, hos homines apostolus denotat dicens: qui autem volunt divites fieri incidunt in temptationem et muscipulas et desideria multa et nocentia quae mergunt hominem in perditionem et in interitum. radix enim omnium malorum est cupiditas quam quidam adpetentes naufragaverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis. Dominus autem quibus nos praemiis ad contemptum rei familiaris invitat? parva haec et exigua huius temporis damna quibus mercedibus pensat? nemo est, inquit, qui relinquat domum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum Dei et non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem venturo vitam aeternam. quibus cognitis et de Dei pollicentis veritate conpertis non tantum timenda non est eiusmodi sed et optanda iactura est ipso denuo Domino praedicante et monente: beati eritis, cum persecuti vos fuerint et separaverint vos et expulerint et maledixerint nomini vestro quasi nequam propter filium hominis. gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa in caelis.

13. Sed tormenta postmodum venerant et cruciatus graves reluctantibus inminebant. queri de tormentis potest qui per tormenta superatus est, excusationem doloris obtendere qui victus est in dolore. potest

1 pecuniae suae S muscipula $S^1$ R muscipulas MW muscipulam $S^2$V sideria $W^1$ 5 enim *om.* $W^1$ 6 naufragaverunt V erraverunt SMWR *sed cf. Cypr. test. 3, 61 (166, 2 H), de dom. or. 19 (281, 25 H), de op. et el. 10 (382, 2H)* 10 aut fratres *om.* S 12 vita aeterna R domini R domino MW 13 non est *om.* S 14 et *om.* MWR adoptanda W est *om.* MW denuo] denique R domino denuo M domino et deo nostro R monente] dicente R 15 cum pers. v. f. ] quum odio vos habuerint homines R *haud scio an recte; ita enim ad Fortun. 12 (345, 4 H), ep. 58, 2 (658, 20 H)* separaverint *ex* perseveraverit $S^2$ 16 maledixerit $S^1$ quasi R ut *rell. sed cf. test. 3, 16 (130, 8 H), ad Fortun. 12 (345, 6 H), ep. 58, 2 (658, 22 H)* 5 multa SV *om.* MW multa est R 20 quaeri SMWR de tormentis] tormentai S 21 doloris $S^2$MWV dolorem $S^1$R

[2] 1. Tim. 6, 9sq.

[8] Cic. fin. 5, 24, 71 ita enim parvae et exiguae sint istae accessiones bonorum. Cypr. ad Fortun. 13 (347 16 H) sine damno temporis merces deo iudice redditur; Lact. epit. 61, 6 quibus bonis, quanta beatitudine brevia haec poenarum mala et huius vitae damna pensemus.

[9] Marc. 10, 29sq. Luc. 18, 29, sq.

[15] Luc. 6, 22 sq.

[20] Ambros. de paenit. 1, 4, 19 (MSL 16, 472 A) eius quem tormenta inclinaverint ad sacrilegium.

[21] cf. p. 17, 11; de op. et el. 13 (383, 11 H) quid umbras et praestigias quasdam vanae excusationis obtendis? Lact. div. inst. 4, 24, 10 qui delictis suis excusationem

rogare talis et dicere: „certare quidem fortiter volui et sacramenti mei memor devotionis ac fidei arma suscepi, sed me in congressione pugnantem cruciamenta varia et supplicia longa vicerunt. stetit mens stabilis et fides fortis et cum torquentibus poenis inmobilis diu anima luctata est. sed cum durissimi iudicis recrudescente saevitia iam fatigatam nunc flagella adhuc scinderent, nunc contunderent fustes, nunc eculeus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret, caro me in conluctatione deseruit, infirmitas viscerum cessit, nec animus sed corpus in dolore defecit.“ potest cito proficere ad veniam causa talis, potest eiusmodi excusatio esse miserabilis. sic hic Casto et Aemilio aliquando Dominus ignovit, sic in prima congressione devictos victores

1 certare tamen $S^1$ tamen *exp.* $S^2$ quidam R et] ac $W^1$ 2 mei *om.* R devotionis *om.* S suscipi R 3 pugnante $S^1MW$ 4 stabiles $S^1$ fortes $S^1$ tormentibus R poenis — durissimi *om.* R 5 durissimis $W^1$ iudices $W^1$ 6 adhuc — fustes *om.* R 7 eculaus V aculeus R aeculeus M extenderent $W^1$ nunc flamma torreret *om.* R 9 deficit W 10 huiusmodi M

carnis obtendet; 4, 11, 16 iustam possent excusationem de lege praetendere. — Lact. div. inst. 5, 13, 12 vincuntur dolore; mort. pers. 16, 9 quem . . . nullus dolor vincat.

[2] Lact. div. inst. 5, 19, 13 qui devotione ac fide caret; 5, 22, 17; mort. pers. 16, 8; Cypr. test. 3 praef. (101, 6 H) pro fide ac devotione tua; ep. 58, 5 (660, 94) Deo fide devotionis obsequitur.

[4] ad Fort. 13 (346, 25 sqq. H) durat fortis et stabilis religiosis meditationibus fundata mens et adversus omnes diaboli terrores et minas mundi animus inmobilis perstat quem futurorum fides certa et solida corroborat; test. 3, 117 (183, 2H) fortiter nos stare debere; de cath. eccl. un. 2 (210, 16 H) quos fortes dicit et stabiles; de mort. 1 (297, 4 H); ep. 6, 1 (480, 15 H); 11, 8 (501, 24 H); 67, 8 (741, 21 H); Lact. de mort. pers. 16, 7 omnes apparatus et terriculas tyrannicae potestatis fide stabili et robore animi profligasti.

[6] sq. Lact. div. inst. 2, 4, 21 huic praesto sunt flagella ignes eculei cruces et quidquid iratis ac furentibus licet; de mort. pers. 19, 8 nihil adversus te verbera, nihil ungulae, nihil ignis, nihil ferrum, nihil varia tormentorum genera valuerunt.

[7] Catull 100, 7 cum vesana meas torreret flamma medullas; Lucr. 5, 901; Verg. Am. 6, 550; Iuvenc. praef. 5.

[8] Lact. div. inst. epit. 49, 6 sed excogitant novos inauditosque cruciatus, ut fragilitas viscerum doloribus cedat.

[10] Castus et Aemilius: martyres Carthaginienses, quorum memoria ante d. 11 Kal. Jun. celebrabatur.

[11] cf. p. 48, 9 sq; ep. 25 (538,9 H) cum ergo abluerint omne delictum et maculam primam adsistente sibi Domino posteriore virtute deleverint; 55, 4 (625, 24 H); ep. 60, 2 (693, 13 H) quot illic lapsi gloriosa confessione sunt restituti. steterunt fortes et ipso dolore paenitentiae facti ad proelium fortiores; ad Novat. 6 (III 57, 25 H) prima (persecutionis temptatio) in qua qui lapsi sunt victi ceciderunt, secunda in qua hi ipsi qui ceciderunt victores extiterunt . . . illos qui prima acie id est Deciana persecutione vulnerati fuerunt hos postea id est secundo proelio ita fortiter perseverasse:

in secundo proelio reddidit, ut fortiores ignibus fierent qui ignibus ante cessissent et unde superati essent inde superarent. deprecabantur illi non lacrimarum miseratione sed vulnerum, nec sola lamentabili voce sed laceratione corporis et dolore: manabat pro fletibus sanguis et pro lacrimis cruor semiustulatis visceribus defluebat.

14. Nunc vero quae vulnera ostendere victi possunt, quas plagas hiantium viscerum, quae tormenta membrorum, ubi non fides congressa cecidit, sed congressionem perfidia praevenit? nec excusat oppressum necessitas criminis, ubi crimen est voluntatis. nec hoc eo dico, ut fratrum causas onerem, sed ut magis fratres ad precem satisfactionis instigem. nam cum scriptum sit: qui vos felices dicunt in errorem vos mittunt et semitam pedum vestrorum turbant, qui peccantem blandimentis adulantibus palpat peccandi fomitem subministrat nec conprimit delicta ille, sed nutrit. at qui consiliis fortioribus redarguit

1 praelio M 3 illis R miserationem R miserationes et $W^1$ lamentatione $M^1$ lamentabili $M^2$ 4 *post* dolore *exp.* pro fletibus $M^1$ manarat $S^1$ 5 semustulatis $S^2$ semiusti || latis W semiustillatis M semiusti lati R 6 *post* possunt *add.* S quam vim 8 excusato pressum R 9 necessis $W^1$ eo $M^1$WR ego S ideo $M^2$ 10 satisfactiones $S^1$ 11 est *ex* sit $S^2$ errore $S^1$ 14 ille *om.* R adqui S atque R redarguitur MW

[3] sq. Cic. Tusc. 2, 13, 32 lamentabili voce deplorans. — Cic. in Pis. 18, 42 ex corporis vestri laceratione; Lact. div. inst. 5, 2, 6 saevas membrorum lacerationes frustra perpeti; 6, 17, 7 has tamen execrabiles corporum lacerationes felix atque invicta patientia sine ullo gemitu pertulit; 7, 22, 12 nefanda corporum laceratione coguntur.

[4] Lucan. 6, 776 fletu manante; Stat. silv. 2, 6, 83 manantes . . . domini fletus.

[5] Lucan. 7, 839 cruor ab alto defluxit.

[6] sq. Apul. met. 8, 18 hiantes vincire plagas.

[9] cf. p. 15, 14; de cath. eccl. un. 19 (227, 12 H) hic (in lapso) potest necessitas fuisse, illic voluntas tenetur in scelere; ep. 55, 6 (628, 1 H) examinarentur causae et voluntates et necessitates singulorum (lapsorum); 13 (633, 4 H) neque enim aequandi sunt ille qui ad sacrificium nefandum statim voluntate prosilivit et qui reluctatus et congressus diu ad hoc funestum opus necessitate pervenit; 26 (644, 7 H) multo et gravior et peior sit moechi quam libellatici causa, cum hic necessitate, ille voluntate peccaverit; ep. 56, 1 (648, 15 H) post hunc gravem lapsum non voluntate sed necessitate susceptum; ad Novat. 14 (III 64, 2 H) voluntarie commissa crimina; Lact. div. inst. 2, 5, 14 voluntarius — necessarius; epit. 49,2.

[11] Es. 3, 12.

[13] ep. 33, 2 (569, 16 H) blanditiis et palpatione; Gell. 13, 4, 3 adulantium blandimentis; Ps. Rufin. in ps. 71, 9 fallaciae blandimentis verbisque adulatoriis sanctos decipere; Aug. 93, 9, 12 blandimenta adulatoris.

[13] de sing. cleric. 8 (III 182, 26 H) fratribus peccandi fomitem ministrarunt; Ps. Hil. libell. 19 fomitem . . . criminum subministrasse; Ambr. in ps. 1, 27 scintilla peccati, si quo vitiorum fomite fuerit excitata, incendium . . . excitat; Ambr. virg. 1, 26 peccandi . . . fomitem praebuisse; Prud. Apoth. 941 conciderent steriles peccati fomite nullo.

[14] Cic. ad Att. 10, 4, 6 multa magna delicta compressi; Lact. de ira dei 18, 3 qui autem . . . intempestiva lenitate vel saepius quam necesse est vel etiam semper

simul atque instruit fratrem promovet ad salutem. quos diligo, inquit Dominus, redarguo et castigo. sic oportet Domini sacerdotem non obsequiis decipientibus fallere sed remediis salutaribus providere. inperitus est medicus qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat et altis recessibus viscerum virus inclusum dum servat exaggerat. aperiendum vulnus est et secandum et putraminibus amputatis medella fortiore curandum. vociferetur et clamet licet et conqueratur aeger inpatiens per dolorem, gratias aget postmodum cum senserit sanitatem.

15. Emersit enim, fratres dilectissimi, novum genus cladis et quasi parum persecutionis procella saevierit, accessit ad cumulum sub misericordiae titulo malum fallens et blanda pernicies. contra evangelii vigorem, contra Domini ac Dei legem temeritate quorundam laxatur

1 ad *om.* W¹ 2 et domini SV et dominus R 4 tumentis S¹ 5 et in altis MWR 8 conquiratur R agit MWS¹V 12 evangelio S¹ 13 lege S¹

ignoscit, is plane et illorum vitam perdit quorum audaciam nutrit ad facinora maiora.

[1] ep. 34, 2 (570, 1 H) nec proficiant ad salutem. — Apoc. 3, 19.

[3] ep. 34, 2 (569, 21 H) perniciem sibi et mortem . . . provocent nec proficiant ad salutem artificis medella vera, dum blandientis decipit dulcis inlecebra.

[4] sq. ep. 30, 7 (555, 5H) si pectoris et conscientiae suae letalem plagam et sinuosi vulneris altos recessus vere medica manu tractant, erubescant et petere; Hilar. trin. 3, 20 palpandi corporis et contrectandi vulneris obtulit facultatem; Ovid. ep. 19, 141 contrectatque sinus; Sidon. ep. 6, 1, 4 despicatissimi vermis ulcera digitis exhortationis contrectare. — Lucan. 6, 471 tumuere sinus; Sil. 7, 242 sinusque destituat tumidos.

[6] sq. de mort. 14 (305, 17 H) vel pedes vel aliquae membrorum partes contagio morbidae putredinis amputantur; Hier. in Soph. 1, 12 scalpellus medici . . . resecat vulnera et putidas amputat carnes.

[11] ep. 30, 6 (554, 13 H) accedat ad criminum cumulum.

[12] ad Donat. 13 (14, 20 H) blanditur ut fallat; de cath. eccl. un. 1 (210, 3 H) ab initio statim mundi fefellit et verbis mendacibus blandiens . . . decepit; 3 (211, 24 H) blandiente adversario atque fallente; Min. Fel. 37, 14 noxia blandimenta; Sen. de benef. 6, 30, 5 quis blandissime fallat. — ep. 16, 3 (519, 18 H) contempta Domini lege et observatione . . . communicant cum lapsis; 43, 2 (592, 18 H) relictis Domini sacerdotibus contra evangelicam disciplinam nova traditio sacrilegae institutionis exurgat.

[13] sq. ep. 17, 1 (521, 15 H) tamen non puto nec incaute aliquid et festinanter gerendum, ne dum temere pax usurpetur . . . .; 20, 2 (528, 9 H) quidam minus disciplinae memores et temeraria festinatione praecipites, qui cum lapsis communicare iam coeperant; 24 (536, 11 H) ut non temere pacem demus; 25 (538, 14 H) urgentes et pacem temere atque inportune extorquentes; 33, 2 (567, 17 H) nec ad pacem temere aut inportune properare; 34, 2 (569, 13 H) ut communicandum cum illis temere existiment; 55, 4 (626, 16 H); 6 (627, 22 H); 19 (637, 20 H) nec iterum soluti et faciles ad communicationem temere laxandam; 56, 2 (649, 12 H); 59, 13 (680, 12 H); 64, 1 (717, 11 H).

incautis communicatio, inrita et falsa pax, periculosa dantibus et nihil accipientibus profutura. non quaerunt sanitatis patientiam nec veram de satisfactione medicinam: paenitentia de pectoribus excussa est, gravissimi extremique delicti memoria sublata est. operiuntur morientium vulnera et plaga letalis altis et profundis visceribus infixa dissimulato dolore contegitur. a diaboli aris revertentes ad sanctum Domini sordidis et infectis nidore manibus accedunt, mortiferos idolorum cibos adhuc paene ructantes exhalantibus etiam nunc scelus suum faucibus et contagia funesta redolentibus Domini corpus invadunt, quando occurrat scriptura divina et clamet et dicat: omnis mundus manducabit carnem, et anima quaecumque manducaverit ex carne sacrificii salutaris quod est Domini, et inmunditia ipsius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo, apostolus item testetur et dicat: non potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum: non potestis mensae Domini conmunicare et mensae daemoniorum, idem contumacibus et pervicacibus conminetur et denuntiet dicens: quicumque ederit panem aut

1 inrita et *ex* inritat $S^2$ 2 profutura *ex* perfutura $M^1$ paenitentiam R 3 patientia W peccatoribus $S^1W^1R^1$ excussa MWV exclusa SR, *sed cf. ep. 48, 3 (607, 15 H)* scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso 4 dilicti M mortium S 5 altis *ex* altus M *alterum* et *om.* MW profundis ||| (s *i. r. et* inis *eras.*) W 6 zaboli R dominum R 7 nidorem $S^1$ n ||| (d) || ore W accendunt $W^1$ mortifero $W^1$ poena eructantes R et *post* ructantes *eras.* W 8 faucibus *ex* graubus(?) W 10 et dicat] dicens V manducavit R 11 animam R 11 ex carne SMWR carnem V 13 est *om.* MW perhibit $W^1$ 16 diaboli daemoniorum R item V et pervicacibus *om.* S 17 ederit R aut MWR cf. *test. 3, 94 (176, 13 H)*; *ep. 15, 1 (514, 14 H)*; *16, 2 (519, 5 H) 75, 21 (823, 28 H)* et S

[1] ep. 19, 2 (526, 9 H) inreligiosum est et ipsis quoque festinantibus periculosum, ut ... quidam de lapsis confessores ipsos praevenire et ante ad ecclesiam introire festinent; ep 30, 3 (551, 19H) properata nimis remedia communicationum utique non profutura praestentur; Sen. de benef. 4, 11 4, beneficia nihil nobis profutura; Commod. 2, 25, 12 laudatis pacem subdolam et vobis iniquam.

[3] ep. 48, 3 (607, 14 H) scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso.

[5] ep. 30, 7 (555, 5 H); cf. 25, 4; Verg. Aen. 9, 580.

[6] dissimulato dolore: Curt. 4, 6, 19; Hier. ep. 60, 13, 3. — cf. p. 18, 4; ep. 55, 14 (633, 22 H) ad aras diaboli; 65, 1 (722, 4 H) post aras diaboli accedere ad altare Dei; Avell. p. 456, 12 (CSEL XXXV). — sanctum domini = eucharistia: cf. p. 38, 4. 7; ep. 15, 1 (514, 13 H); 30, 6 (562, 8 H).

[7] ep. 31, 7 (563, 11 H) impio sacrificio manus inquinatae.

[8] cf. p. 42, 1.

[9] Firm. err. 20, 7 ut extinctae idolatriae pereat funesta contagio.

[10] Levit. 7, 20.

[14] 1. Cor. 10, 21.

[17] de dom. or. 18 (280, 22 H) comminante ipso (Christo) et dicente. — 1. Cor. 11, 27.

biberit calicem Domini indigne reus erit corporis et sanguinis Domini.

16. Spretis his omnibus atque contemptis ante expiata delicta, ante exomologesim factam criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio et manu sacerdotis, ante offensam placatam indignantis Domini et minantis vis infertur corpori eius et sanguini et plus modo in Dominum manibus atque ore delinquunt quam cum Dominum negaverunt. pacem putant esse quam quidam verbis fallentibus venditant. non est pax illa sed bellum, nec ecclesiae iungitur qui ab evangelio separatur. quid iniuriam beneficium vocant? quid inpietatem vocabulo pietatis adpellant? quid eis qui flere iugiter et rogare Dominum suum debent intercepta paenitentiae lamentatione conmunicare se simulant? hoc sunt eiusmodi lapsis quod grando frugibus, quod turbidum sidus arboribus, quod armentis pestilens vastitas, quod navigiis saeva tempestas. solacium spei adimunt, a radice subvertunt, sermone morbido ad letale contagium serpunt, navem scopulis ne in portum perveniat inlidunt. non concedit pacem facilitas ista sed tollit, nec conmunicationem tribuit sed inpedit ad salutem. persecutio est haec alia et alia temptatio, per

4 exhomologesin MWR *et sic semper* facta R criminis ante purgatam *om.* R 5 manus R placatam *om.* R domino R 6 domino M 7 delinquant $S^1$ 8 fallacibus MWR 9 ecclesiae || W 10 iniuria $W^1$ vocabolo S 11debet $S^1$ 12 simulant *ex* simulent M 13 lapsi MW 14 magis navigiis R 15 subvertunt *ex* subtrahunt $S^2$ ad] ut V 16 scobolis $M^1$ importum W 17 concidit $S^1$ facillitas S 18 pedit $W^1$

4 ep. 4, 4 (476, 8 H) iusto tempore postea exomologesi facta ad ecclesiam redeat.

4 sq. Lact. div. inst. 6, 24, 20 purgemus igitur conscientiam; epit. 61, 10 purganda est igitur conscientia; ep. 16, 2 (519, 3 H) nondum paenitentia acta, nondum exomologesi facta, nondum manu eis ab episcopo et clero eis inposita, eucharistia illis datur; 19, 2 (525, 18 H) exomologesi facta et manu eis a nobis in paenitentiam inposita; ep. 20, 3 (528, 20 H).

6 corpus et sanguis: eucharistia.

6 sq. cf. p. 28, 7; test. 3, 28 (142, 6 H) non posse in ecclesia remitti qui in Deum deliquerit; Lact. div. inst. 6, 13, 7 siquidem neque factis neque sermone delinquat.

8 verbis fallentibus: Hil. ad Const. 2, 6; Sulp. Sev. chron. 2, 43, 1.

8 sq. Commod. 2, 25, 7 subdola pax vobis venit, persecutio flagrat; 9 bellum in absconsum geritur sub pace quod istud.

10 Bell. Hisp. 42, 5 apud vos beneficia pro maleficiis, maleficia pro beneficiis habentur; Sall. Jug. 31, 28; Sen. benef. 3, 22, 3 inter se contraria sunt beneficium et iniuria; Lact. div. inst. 5, 20, 6 pietas tam impia.

11 ep. 56, 2 (649, 10 H) iugiter et dolenter ... cum summa paenitentiae lamentatione planxerunt; 57, 3 (652, 14 H) inplorantes iugiter ac dolenter.

14 saeva tempestas: Lact. div. inst. 2, 1, 9; de ira 5, 3.

16 de cath. eccl. un. 17 (225, 19 H) contagium mortis. — Verg. Aen. 1, 145 detrudunt navis scopulo; georg. 3, 261 scopulis inlisa ... aequora.

18 cf. p. 13, 4; ep. 43, 3 (592, 9 H) perseutio est haec alia et alia est temptatio.

quam subtilis inimicus inpugnandis adhuc lapsis occulta populatione grassatur, ut lamentatio conquiescat, ut dolor sileat, ut delicti memoria vanescat, conprimatur pectorum gemitus, statuatur fletus oculorum nec Dominum graviter offensum longa et plena paenitentia deprecetur, cum scriptum sit: memento unde cecideris et age paenitentiam.

17. Nemo se fallat, nemo decipiat. solus Dominus misereri potest. veniam peccatis quae in ipsum commissa sunt solus potest ille largiri qui peccata nostra portavit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis nostris. homo Deo maior non potest esse, nec remittere aut donare indulgentia sua servus potest quod in Dominum delicto graviore commissum est, ne adhuc lapso et hoc accedat ad crimen, si nesciat esse praedictum: maledictus homo qui spem habet in hominem. Dominus orandus est, Dominus nostra satisfactione placandus est qui negantem negare se dixit, qui omne iudicium de patre

1 quem $S^1$ poculatione $S^1$ 2 *alterum* ut *om.* M 3 pectoris S *Hart.* statur R 4 graviter] rogavit R patientia W 6 fallant $R^1$ 7 ipsum] illum R largiri *ex* largire M 9 nostris] nos $S^1$ esse non potest maior WR esse maior M dimittere R 11 accidat $S^1$ criminis cumulum V *ex 18, 12* 12 spem suam V habet $W^2$*s. l.* ponit V 14 est *om.* R a patre RV

[1] de zelo et liv. 3 (420, 18 H) ad inpugnandum semper paratus inimicus . . . occulta et clandestina iaculatio quo minus perspicitur hoc et gravius et crebrius in vulnera nostra grassatur. — Lact. div. inst. 5, 9, 15 vel si palam grassari non licuit, venena clam temperent.

[3] conprimatur — oculorum: epitaph. Magi; fletus oculorum: Ps. Ambr. laps. virg. 8, 34.

[5] Apoc. 2, 5.

[6] ad caput 17 cf. Ztschr. f. Kath. Theol. 1909, 242 sqq.; 1913, 246 sqq.; d'Alès l'édit de Caliste 1914, 313 sqq.: la théologie de S. Cyprien 1922, 283 sqq.; Koch, cypr. Untersuch. 1926, 246 sqq.

[6] Pacian ad Symphron. ep. 3,7 (MSL 13, 1068 B) non mihi plane (scl. licet relaxare peccatum), sed Deo soli; (Novatian) de bono pud. 14 (III 25, 14 H) solus est enim potens Deus qui homines dignatus est facere et plena hominibus auxilia praestare; Commod. instr. 2, 11, 7 omnia concedet, cuius sunt et omnia nostra. Herm. mand. 4, 1, 11 περὶ τῆς προτέρας ἁμαρτίας ἔστιν ὁ δυνάμενος ἴασιν δοῦναι. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἔχων πάντων τὴν ἐξουσίαν. sim. 5, 7, 3 περὶ τῶν προτέρων ἀγνοημάτων τῷ θεῷ μόνῳ δυνατὸν ἴασιν δοῦναι· αὐτοῦ γάρ ἐστι πᾶσα ἐξουσία.

[7] sqq. cf. Es. 53, 1 sq. (test. 2, 13).

[9] cf. p. 33, 2 sq.; ep. 13, 4 (507, 15 H) quod si non est maior domino suo servus; 54, 3 (623, 4 H) esse non potest maior domino suo servus.

[10] test. 3, 28 (142, 6 H) non posse in ecclesia remitti ei qui in Deum deliquerit; Tert. de pud. 21, 17 domini enim, non famuli est ius et arbitrium (scl. delicta donandi), dei ipsius, non sacerdotis.

[10] cf. p. 27, 6 sq.; delinquere in Dominum: de hab. virg. 11 (195, 15 H); ep. 17, 2 (522, 8 H); 59, 16 (686, 17 H); 73, 18 (792, 11 H).

[12] Hier. 17, 5.

[14] Jo. 5, 22.

solus accepit. credimus quidem posse aput iudicem plurimum martyrum merita et opera iustorum, sed cum iudicii dies venerit, cum post occasum saeculi huius et mundi ante tribunal Christi populus eius adstiterit.

18. Ceterum si quis praepropera festinatione temerarius remissionem peccatorum dare se cunctis putat posse aut audet Domini praecepta rescindere, non tantum nihil prodest sed et obest lapsis. provocasse est iram non servasse sententiam nec misericordiam prius Domini deprecandam putare, sed contempto Domino de sua facilitate praesumere. sub ara Dei animae occisorum martyrum clamant magna voce dicentes: quousque, Domine sanctus et verus, non iudicas et vindicas sanguinem nostrum de his qui in terris inhabitant? et requiescere ac patientiam tenere adhuc iubentur. et quemquam posse aliquis existimat remittendis passim donandisque peccatis

2 cum *om.* $W^1$ 3 occansum S eis $W^1$ 5 veterum W festinatione *om.* R 6 ait audit $S^1$ et audet $S^2$ dei S 9 deprecandam — domino *om.* R 10 dm̄i S animas R 12 nostram M habitant S 13 patientia S

[2] sq. ep. 6, 2 (481, 21 H) quando ergo iudicaturos vos (confessores) .. cum Christo Domino cogitatis; 15, 3 (515, 9 H) vos quoque sollicite et caute petentium desideria ponderetis, ut pote amici Domini et cum illo postmodum iudicaturi inspiciatis et altum et opera et merita singulorum; 31, 3 (559, 11 H) iudicis sui divina dignatione iudicem factum fuisse (martyres); ad Fortun. 11 (341, 12 H) quod nihil sibi aut filio de sex martyrum honore promisit (mater Machabaeorum) nec fratrum precem profuturam credidit ad negantis salutem; ad Vigil. episcop. de Jud. incredul. 10 (III 132, 6 H) ut orationibus tuis peccata nostra vel veniam consequantur, ut meritis iustitiae tuae vitae nostrae delicta purgentur. etenim martyrii instar confido, peccatorem iusti martyris petitione meruisse salvari, et cum ipse pro te promovere quid precibus tuis minus possis martyris meritis liberis.

[2] ad Fortun. 11 (341, 14 H) ut in iudicii die possit cum fratribus inveniri; ad Demetr. 24 (368, 13 H) cum iudicii dies venerit; de op. et el. 9 (381, 11 H); ep. 62, 4 (700, 10 H); 65, 5 (726, 1 H); 66, 2 (728, 6 H). — occasum rerum: Lact. div. inst. 7, 14, 16.

[5] Cic. fam. 7, 8, 1 cognovi praeproperam quandam festinationem; Cassiod. in psalm. 32, 17; Arnob. nat. 7, 26 properata festinatione.

[5] sq. ep. 17, 1 (521, 16 H) ne dum temere pax usurpatur divinae indignationis offensa gravius provocetur.

[7] Marc. 7, 13 rescindentes verbum Dei. — ep. 16, 1 (518, 1 H) qui dum sine ratione restituendae salutis plausibiles esse cupiunt, magis obsunt.

[10] Apoc. 6, 9 vidi subtus altare animas interfectorum . . . 10 et clamabant magna voce dicentes. [11] Apoc. 6, 10.

[13] Apoc. 6, 11 (test. 3, 16 p. 190, 18 sqq. de bono pat. 21 p. 413, 12 sqq.) et dictum est ut requiescerent brevi adhuc tempore, donec impleatur numerus conservorum et fratrum eorum quique postea occidentur exemplo ipsorum.

[14] de dom. or 22 (283, 13 H) si peccata donentur; ep. 75, 17 (821, 30 H) antiqua mortis peccata donare; adv. aleat. 11 (III 103, 23 H) ut peccata tua donentur; Commod. c. a. 746 peccata pristina donat.

[14] sq. cf. ep. 70, 1 (768, 4 H) quomodo baptizans dare alteri remissam peccatorum

bonum fieri contra iudicem velle aut prius quam vindicetur ipse alios posse defendere? mandant aliquid martyres fieri: si iusta, si licita, si non contra ipsum Dominum a Dei sacerdote facienda: sit obtemperantis facilis et prona consensio, si petentis fuerit religiosa moderatio. mandant aliquid martyres fieri: si scripta non sunt in Domini lege quae mandant, ante est ut sciamus illos de Domino inpetrasse quod postulant, tunc facere quod mandant. neque enim statim videri potest divina maiestate concessum quod fuerit humana pollicitatione promissum.

19. Nam et Moyses pro peccatis populi petit nec tamen peccantibus veniam cum petisset accepit: precor, ait, Domine, deliquit populus hic delictum grande: et nunc si dimittis eis delictum, dimitte: sin autem, dele me de libro quem scripsisti. et dixit Dominus ad Moysen: si qui deliquit ante me, deleam eum de libro meo. ille amicus Dei, ille facie ad faciem locutus saepe cum Domino quod petit inpetrare non potuit nec Dei indignantis offensam

2 feri S 3 deum MW a]ac MR sacerdotem MR 4 comensio R petentes $S^1$ 5 legem $W^1$ 6 illi R de *om.* R domino SVdeo MWR 8 magestate *ex* maiest. $M^1$ huma $W^1$ 9 peccatis] delictis R petiit $W^2S^2$ peccantibus *om.* M 11 grandem $S^1$ si *om.* MW dimittis R dimittes $M^1W^1$ dimittens $M^2$ $W^2$ *i. m.* delicium remittes S eis delictum dimitte *om.* S 12 sin] in S 13 qui MWRV quis S 14 facie *ex* faciem $S^2$ 15 petiit $S^2$ $R^2W^2$

potest qui ipse sua peccata deponere extra ecclesiam non potest? 43, 5 (594, 3 H) pacem nunc offerunt qui ipsi non habent pacem nec ecclesiam lapsos reducere et revocare permittunt qui de ecclesia recesserunt.

[2] sqq. ep. 36, 2 (574, 10 H) nam si dandam illis pacem martyres putaverunt, cur ipsi non dederunt? cur illos ad episcopos, ut ipsi dicunt, remittendos censuerunt? is enim qui iubet fieri potest utique facere quod fieri iubet.

[4] facilis consensio: Phaedr. app. 4, 16, 22; facilis et pronus: Sall. Jug. 80, 4; Juven. 9, 43; 13, 75; Tac. ann. 4, 2; Arnob. nat. 6, 17.

[9] Pacian. ep. 3, 22 nam quod Cyprianum beatissimum mihi pro contrario teste proponis, quia in epistula quae de lapsis est Moysen et Danielem et Job orasse pro peccatoribus dicat nec inpetrasse dicente domino „et si tres — salvi erunt" (Ez. 14, 14; cf. p. 31, 18 sqq.) . . . ille enim cum lapsos ad paenitentiam cogeret, qui paenitere nolebant, dicentes a confessoribus sive martyribus accepisse se pacem, docuit et ostendit, quod nec patriarchae illi pro non paenitentibus inpetrarent. Etenim quis liberare possit invitum? quis pro superbis humiliari? quis pro non paenitentibus inpetrare? quod utique cum diceret, ad paenitentiae cogebat remedia. nec contra se locutus est aliquid vir illius gravitatis et meriti, sed fundendas a peccatoribus preces docuit et exomologesim diligendam. 24 lege igitur diligentius Cyprianum meum, lege totam de lapsis epistulam: iam scies, quid de paenitentia curatiore pronuntiat.

[10] Ex. 32, 31 sq.

[14] facie ad faciem locutus: Gen. 32, 30; Exod. 33, 11; Num. 12, 8; Deut. 5, 4; 34, 10.

[15] ep. 17, 1 (521, 16 H) divinae indignationis offensa; ep. 73, 1 (702, 5 H).

sua deprecatione placavit. Hieremiam Deus laudat et praedicat dicens: priusquam te formarem in utero, novi te, et priusquam exires de vulva, sanctificavi te et prophetam in gentes posui te, et eidem pro peccatis populi deprecanti frequentius et oranti noli, ait, orare pro populo hoc et noli postulare pro eis in prece et oratione, quia non exaudiam in tempore quo invocabunt me, in tempore adflictionis suae. quid vero iustius Noe, qui cum repleta esset terra peccatis, solus inventus est iustus in terris? quid gloriosius Danihele? quid ad facienda martyria in fidei firmitate robustius, in Dei dignatione felicius, qui totiens et cum confligeret vicit et cum vinceret supervixit? quid Iob in operibus promptius, in temptationibus fortius, in dolore patientius, in timore summissius, in fide verius? nec hi tamen si rogarent, concessurum se Deus dixit. cum propheta Ezechiel pro delicto populi deprecaretur, terra, inquit, quaecumque peccaverit mihi ut delinquat delictum, extendam manum meam super eam et obteram stabilimentum panis et inmittam in eam famem et auferam ab ea hominem et pecora. et si fuerint tres viri hi in medio eius Noe et Danihel et Iob, non liberabunt filios neque filias, ipsi

1 praecatione S pacavit W Jeremiam SM dominus W 2 in utero *om.* $W^1$ 3 profeta $S^1$ $R^1$ in gentes *om.* $W^1$ in gentibus RM datur *post* gentib. *eras.* M 4 idem $RW^1M^1$ eodem $M^2$ precanti R frequenter S 5 ait MWR inquid S noli ait orare postulare (*sed* orare *eras.*) W 6 ne *ante* quia *eras.* W *post* exaudiam *add.* eos V te M a $W^1$ in quo R 7 adflictationis S *Hart. sed cf. ad Fortun. 4 (324, 23 H)* 9 Daniel et R quid *S* $M^2W^2$ *s. l.* qui $M^1W^1R$ ad facienda *ex* affac. $S^2$ 10 in dei *om.* S quid in dei V 11 quid *ex* quod $W^1$ in tempt. fortius *om.* S 13 hi S his MWR si rogarent *om.* V 14 ezeciel S ezechihel WR delictis V 17 mittam S homines R 18 pecura $S^1$ fuerit $R^1$ *post* fuerint *ras. quattuor fere litt. M* hii $MW^1$ R hi iustiV Noe et *om.* R *sed i. m. add. m. 1* et noe 19 daniel M *post* liberabunt *eras.* neque M

2 Hier. 1, 5.

4 Hier. 11, 14 (cf. 7, 16).

7 Gen. 6, 1; Lact. div. inst. 2, 13, 1 Deus autem postea cum videret orbem terrae malitia et sceleribus obpletum . . . delegit unum, quod corruptis omnibus singulare iustitia superaret exemplum.

9 sq. ep. 67, 8 (742, 1H) Danielem... frequenter et fortiter gloriosa edidisse martyria; ep. 67,9 (743, 22 H) sinceram fidei vestrae firmitatem religioso timore servetis; Arnob. nat. 5, 15 constans et fidei firmitate conixa; ep. 31, 3 (559, 1 H) quid enim gloriosius, quid felicius ulli hominum poterit ex divina dignatione contingere?

11 de bono pat. 18 (410, 13 H) nec tamen Job gravibus et densibus conflictationibus frangitur quominus . . dei benedictio victrice patientia praedicetur.

14 Ez. 14, 13 sq.

soli salvi erunt. adeo non omne quod petitur in praeiudicio petentis sed in dantis arbitrio est, nec quicquam sibi usurpat et vindicat humana sententia, nisi adnuat et censura divina.

20. In evangelio Dominus loquitur dicens: qui confessus me fuerit coram hominibus, et ego confitebor eum coram patre meo qui in caelis est: qui autem me negaverit, et ego negabo eum. si negantem non negat, nec confitentem confitetur. non potest evangelium in parte consistere et in parte nutare. aut utrumque oportet valeat aut utrumque vim veritatis amittat. si negantes rei criminis non erunt, nec confitentes praemium virtutis accipiunt. porro si fides quae vicerit coronatur, necesse est et victa perfidia puniatur. ita martyres aut nihil possunt, si evangelium solvi potest, aut si evangelium non potest solvi, contra evangelium facere non possunt qui de evangelio martyres fiunt. nemo, fratres dilectissimi, nemo infamet martyrum dignitatem, nemo eorum glorias destruat et coronas. manet incorruptae fidei robur incolume, nec dicere aliquid aut facere contra Christum potest cuius et spes et fides et virtus et gloria

1 soli *ex* solil $M^1$ *post* soli *6 fere litt. eras.* W 2 ne $M^1$ usurpet M 3 adnuerit V *post* adnuat *4 litt. eras.* W. 5 et ego *om.*R *itemque l. 6* eum ] illum R 6 qui est in caelis S 8 patre . . . patre S et *ex* aut W aut — valeat *om.* R 9 oportet et M necesse est $S^2$ *s. l.* negantis $S^1$ 10 rei criminis non V *i. r.* 13 solvi non potest $RW^2$ *Hart.* solvi contra potest S (contra *del. m.* 2) solvi potest $W^1$ 15 gloriam S 16 incorruptum R 17 cuius — *p. 33, 1* est *om.* S

[3] censura divina: ep. 15, 3 (515, 19 H); Lact. de ira dei 17, 6; 20, 8. — Tert. haer. 44 si dei gratia adnuerit.

[4] Luc. 12, 8sq.

[10] Lact. div. inst. 6, 18, 3 praemium caelestis illius ac divinae mercedis accipiat.

[11] Rufin. hist. 4, 15, 8 fides et modestia coronatur; Arator. act. 1, 369.

[12] ep. 36, 1 (573, 10 H) quod si aliunde praerogativam communicationis habere se credunt, cum evangelio illam conferre conentur, ut ita demum firmiter valeat, si ab evangelica lege non dissonat. ceterum quo pacto evangelicam poterit praestare communicationem quod contra evangelicam decretum videtur veritatem? 2 (573, 19 H) nam si aliud quidem evangelium, aliud vero martyres dicunt posuisse decretum, conlidentes contra evangelium martyres utrobique periclitabuntur. nam et evangelii fracta iam et iacens videbitur esse maiestas, si potuit alterius decreti novitate superari, et de martyrum capite gloriosa confessionis corona detracta, si non illam de evangelii observatione invenientur consecuti unde martyres fiunt, ut merito nulli magis tam sit competens nihil contra evangelium decernere quam qui martyris nomen ex evangelio laborat accipere. ep. 27, 3 (543, 17 H) non martyres evangelium faciant, sed per evangelium martyres fiant.

[15] ep. 74, 2 (801, 1 H) ut nemo infamare apostolos debeat. ep. 13, 4 (506, 23 H) sed quosdam audio . . laudem praecipui nominis . . . destruere.

[16] Tac. ann. 12, 41 incorrupta fide; Lact. epit. 37, 1 incorruptum fidelem.

omnis in Christo est: ut ab episcopis contra mandatum Dei fiat, auctores esse non possunt qui ipsi Dei mandata fecerunt. an quisquam maior Deo aut divina bonitate clementior qui aut infectum velit quod passus est Deus fieri aut quasi illi minus potestatis ad protegendam ecclesiam suam fuerit, auxilio nos suo putet posse servari? 5

21. Nisi si haec Deo ignorante gesta sunt aut non permittente ipso omnia ista venerunt: doceat indocibiles et admoneat inmemores scriptura divina quae loquitur dicens: quis dedit in direptionem Iacob et Israhel eis qui praedabantur illum? nonne Deus cui peccaverunt et noluerunt in viis eius ambulare neque 10 audire legem eius? et superduxit super eos iram animationis suae. et alibi testatur ac dicit: numquid non valet manus Dei ut salvos faciat aut gravavit aurem ut non exaudiat? sed peccata vestra inter vos et Deum separant et propter peccata vestra avertit faciem a vobis ne misereatur. delicta 15 nostra reputemus, actus nostri et animi secreta volventes conscientiae

---

1 est *om.* S 2 deus $S^1$ 3 bonitate]||oreS infectum] non factum V 4 est ad prot. R 5 nos *om.* R. suos $S^1$. 6 si *om.* SM deo ignorante S ignaro deo MWR permittenoum $S^1$ illo MWR 7 indocebiles $S^1$ indociles $S^2$MWR 8 quae *om.* R direptione W 9 iacob et *om.* S israhel eis] istraheles $S^1$ eis *om.* R. 10 nolebant MWR eius *om.* M 11 super *om.* $M^1$ in $M^2$ *s. l.* animationis suae *om.* S 12 ac] et S 13 gravabit MW gravavit SRV (ἐβάρυνε LXX) *itemque* gravavit *test. 2, 4 (65, 14 H); 3, 47 (152, 21 H); ad Demetr. 11 (359, 10 H) legendum est.* 14 dominum SV(?) peccata S *cf. test. 2. 4 (65, 15 H); 3, 47 (152, 24 H)* delicta *MWR; cf. ad Demetr. 11 (359, 11 H)* 15 vertit W delicta potius R 16 dereputemus $S^1$ nostri] nostra R *sed cf. de hab. virg. 7 (193, 12 H)* exemplum nostri; *ad Fortun. 7 (328, 4 H)* ad umbram nostri et imaginem; *ep. 7 (485, 3 H)* praesentia nostri; *52, 2 (618, 11 H)* persecutio nostri; *66, 10 (734, 17)* iudicem nostri. avolventes $S^1$ revolventes $S^2$

---

[2] cf. p. 28, 9 sq.

[4] Ambros. quaest. 102, 32 sed tu potiorem te iudicans super Christi nomen tuum posuisti, quasi ille non sufficeret ad tuendam ecclesiam suam.

[6] test. 3, 56 (156, 16 H) Deum nihil latere ex his quae geruntur.

[8] Es. 42, 24 sq.

[12] Lact. epit. 41, 8 hoc in scripturis eorum Solomon ante testatus sit dicens.

[12] Es. 59, 1 sq.

[16] 2. Cor. 5, 19 — de dom. or. 14 (276, 25 H) per omnia noster animus et actus Deo obsequatur; de op. et el. 13 (383, 13 H) secreta et abdita mentis exprome; de zelo et liv. 7 (423, 24 H) cordis secreta; ep. 31, 7 (563, 13 H) in secretis cordis fidelis novellandus et conserendus est animus; ad Novat. 16 (III 66, 24 H) secreta quaeque et abdita pectoris nostri; Lact. div. inst. 4, 17, 15 intra conscientiae secreta; de ira dei 24, 15 secreta mentis.

merita ponderemus. redeat in cor nostrum non ambulasse nos in viis Domini, abiecisse legem Dei, praecepta eius et monita salutaria numquam servare voluisse.

22. Quid de eo boni sentias, quem timorem fuisse apud eum, quam fidem credas, quem corrigere nec metus potuit, quem persecutio ipsa non reformavit? alta et erecta cervix nec quia cecidit inflexa est: tumens animus et superbus nec quia victus est fractus est. iacens stantibus et integris vulneratus minatur et quod non statim Domini corpus inquinatis manibus accipiat aut ore polluto Domini sanguinem bibat, sacerdotibus sacrilegus irascitur. atque — o tuam nimiam, furiose, dementiam — irasceris ei qui abs te avertere iram Dei nititur, ei minaris qui pro te Domini misericordiam deprecatur, qui vulnus tuum sentit quod ipse non sentis, qui pro te lacrimas fundit quas forsitan ipse non fundis. oneras adhuc crimen et cumulas et cum sis ipse inplacabilis ad antistites et sacerdotes Dei, putas circa te Dominum posse placari?

2 domini RV domini et MW et domini *ex* nostris $S^2$ dei nostri M 3 revoluisse $S^1$ 4 boni] bo R 5 credam credas R 6 recta $S^1W$*Hart.* 8 vulneratis $S^1$ 9 aut ore SM$W^2$ ut ore $W^1$ auctore R 10 irascatur $S^1$ atque] a quo R tum$W^1$ nimio *post* nimiam *del.* $M^1$ 11 iram dei avertere S *Hart. sed cf. Bayard 340* ei minaris MW et minaris SR et minaris ei V 13 quas] quae M forsitan ipse MWRV*Bayard 340* ipse forsitanS*Hart.* 14 ipse sis SR 15 antestites $V^1R$ dominum] deum S cito posse V (*c. 35 p. 46, 11*)

[1] Lact. div. inst. 7, 20, 6 mala opera cum bonis conlata ponderabuntur; Cypr. ep. 38, 1 (579, 18 H) solemus nos ante consulere et mores ac merita singulorum communi consilio ponderare.

[1] sq. Zach. 3, 7 si in viis meis ambulaveris et praecepta mea servaveris; Lact. div. inst. 4, 14, 18 hac sunt viae Dei in quibus eum ambulare praecepit, haec praecepta quae servanda mandavit; 4. reg. 17, 15 et abiecerunt legitima eius; Es. 5, 24 abiecerunt enim legem Domini; Lact. div. inst. 4, 11, 1 cum saepe Judaei praeceptis salutaribus repugnarent atque a divina lege desciscerent.

[6] alta cervix: Aug. c. Jul. 3, 21, 49; Pacian. ep. 3, 21; cervix erecta non flectitur: Hier. ep. 60, 16; 76, 1.

[7] ep. 55, 2 (617, 21 H) stupore superbi tumoris inflati; 55, 8 (629, 13 H) superbiae tumor; 66, 5 (730, 6 H); Lact. div. inst. 5, 6, 4 superba et tumida inaequalitate; 6, 24, 24 superbia tumidus infletur; de ira dei 18, 7 animi tumore.

[9] eucharistiam manibus accipiebant: cf. ep. 58, 9 (665, 1 H) armemus et dexteram gladio spiritali, ut . . . eucharistiae memor quae Domini corpus accipit ipsum conplectatur. — Cic. Coel. 32 ore lingua manu vita omni inquinatus; Gell. 1, 5 ore polluto esse.

[13] lacrimas fundere: Verg. Aen. 3, 348; Ov. met. 8, 541; 13, 490.

[14] cf. p. 18, 3; sent. episc. 18 (444, 9 H) cumulat peccata; ep. 67, 5 (739, 24 H) cumulata delicta; 30, 6 (554, 13 H) accedat ad criminum cumulum.

23. Accipe potius et admitte quae loquimur. quid surdae aures salutaria praecepta non audiunt quae monemus? quid caeci oculi paenitentiae iter non vident quod ostendimus? quid praeclusa et alienata mens remedia vitalia non percipit quae de scripturis caelestibus et discimus et docemus? aut si incredulis quibusdam minor fides est futurorum, vel praesentibus terreantur. ecce eorum qui negaverunt quae supplicia conspicimus, quos eorum tristes exitus flemus! nec hic esse sine poena possunt, quamvis necdum poenae dies venerit. plectuntur interim quidam quo ceteri dirigantur. exempla sunt omnium tormenta paucorum.

24. Unus ex his qui sponte capitolium negaturus ascendit postquam Christum negavit obmutuit. poena inde coepit unde coepit et crimen, ut nec rogare iam posset, qui verba ad precum misericordiam non haberet. alia in balneis constituta — hoc enim crimini eius et malis deerat, ut ad balneas statim pergeret quae lavacri vitalis gratiam perdidisset — sed illic ab inmundo spiritu inmunda correpta laniavit dentibus lin-

---

1 aures tuaeS 3 ostendimus $S^2MW^2R$ obtendimus $S^1W^1$ (opt.); obtendere *apud Cyprianum semper vim* excusandi *habet; de laps. 8 p. 17, 11* quam vim potest talis obtendere; *13 p. 22, 21* excusationem doloris obtendere; *de op. et el. 13 (383, 11 H)* praestigias quasdam vanae excusationis obtendis; *ep. 2, 2 (468, 14 H)* necessitatem paupertatis obtendit. perculsa MW percussa R *cf. de laps. 11 p. 20, 15* mens vincta et anima praeclusa; *26 p. 37, 14* anima exaestuante concludi. aliena tamen R 4 percipit MWR conspicit S dicimus $W^1$ 5 si *om.* R est *om.*$W^1$ 6 praesentium R 7 tristis $S^1$ 8 poene M paenae WR iudicii $S^2$ *s. l. uncis inclus. Hart.* 9 dirigant $W^1$ 10 sqq. de quibusdam Christum negantibus et per hoc paenam luentibus W *i. m.* 10 exponte $S^1$ ad capitolium S 11 poenam $S^1$ 12 possit $S^1$ po ||| set W precum ad R 13 alias R 14 ut et $S^2W^2RV$ *Hart.* et ut $S^1$ ut $MW^1$ balnea R 15 sed *om.* R liniavit $W^1$

---

[1] sq. cf. p. 34, 2; de hab. virg. 4 (189, 24 H) vitalia praecepta; ep. 38, 2 (545, 21 H); Lact. div. inst. 6, 9, 15.

[4] sq. de cath. eccl. un. 2 (210, 24 H) quaecumque et docuit et fecit discere et facere debemus; ep. 2, 2 (469, 3 H) nec alios extra ecclesiam mortalia docere, sed ipsa salutaria in ecclesia discere; 45, 2 (601, 10 H) ubi enim erit quod discimus ac docemus; 52, 1 (616, 14 H) quibus et didicimus et docere .. coepimus; 74, 10 (807, 807, 18 H) oportet enim episcopos non tantum docere, sed et discere, Sen. ep. 6, 4 gaudes discere ut doceam; 7, 8 homines dum docent discunt; 108, 3 docenti et discenti debet esse propositum; Ambros. off. 1, 1, 4 discendum igitur mihi simul et docendum est.

[8] interim: in hac vita.

[13] constituta: pro participio praes. verbi *esse.*

[14] de hab. virg. 2 (188, 9 H) lavacri vitalis sanctificatione; 23 (204, 6 H) gratia lavacri valutaris; ep. 73, 3 (780, 19 H) ut lavacri vitalis et salutaris baptismi gratiam consequerentur.

[15] cf. p. 38, 9; Lact. div. inst. 2, 14, 5 hi sunt immundi spiritus. — laniavit dentibus: cf. Verg. georg. 3, 514 nudis laniabant dentibus artus; Ov. ep. 10, 84; Apul. met. 8, 5.

guam quae fuerat vel pasta inpie vel locuta. postquam sceleratus cibus sumptus est, in perniciem suam rabies oris armata est. ipsa sua carnifex extitit nec diu superesse postmodum potuit, doloribus ventris et viscerum cruciata defecit.

25. Praesente ac teste me ipso accipite quid evenerit. parentes forte fugientes dum trepidi minus consulunt, sub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt. relictam nutrix detulit ad magistratus. illic ei aput idolum quo populus confluebat, quod carnem necdum posset edere per aetatem, panem mero mixtum, quod tamen et ipsum de immolatione pereuntium supererat, tradiderunt. recepit filiam postmodum mater. sed facinus puella commissum tam loqui et indicare non potuit quam nec intellegere prius potuit nec arcere. ignoratione igitur obreptum est, ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. sed enim puella mixta cum sanctis precis nostrae et orationis inpatiens nunc ploratu concuti, nunc mentis aestu fluctuabunda iactari, velut tortore cogente quibus poterat indiciis conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. ubi vero sollemnibus adinpletis calicem diaconus

1 quae $S^1MR$ qua $S^2W$ impiae M 3 dolore S *Hart.* 5 accepite S 6 fugentes W 7 relicta R illic ei *Hart.* illi ei MW illic SRV 8 idolium R quod] quo MW 9 quod S quo R illutMW ipsud M immulatione S 10 supererat *ex* sciperat $M^1$ tradidere coepit R 11 sed] et MW 12 nec intell. pr. potuit *om.* S 14 preces $S^1M^1W^1$ precibus R nostrae *om.* R orationes $M^1W^1$ orationibus R *sed* W *in marg. correx.* praecis orationis. 15 velut tortore] vel ultorem R 16 indisciis $W^1$ 17 zaconus $S^1$

[2] Hier. ep. 22, 28 os barbarum . . in convicia semper armatum.

[3] Lact. div. inst. 5, 22, 20 nec dolor corporis nec viscerum cruciamenta deterrent; epit. 71, 3 dolorem viscerum.

[5] quae Cyprianus hoc capitulo narrat, tangit Augustinus ep. 98, 4: illud vero, quod in eadem commemoratur epistula quandam parvulam turbatis in fuga parentibus nutrici derelictam atque ab eadem nutrice daemonum sacrilegiis impactam postea in ecclesia inlatam sibi eucharistiam miris motibus respuisse, ideo mihi videtur divinitus factum, ne maiores putarent nihil se in parvulos illa iniquitate peccare, sed potius intellegerent per illum significantem quodammodo gestum corporis eorum, qui loqui non poterant, se mirabiliter admoneri, quid ipsi facere deberent, qui post tantum illud nefas sacramentis salutaribus inruebant, unde se utique paenitendo abstinere deberent. nec cum tale aliquid divina providentia per infantulos agit, ipsos id agere scientia vel ratione credendum est.

[6] Hier. ep. 122, 4 nutricis alimenta.

[12] ep. 67, 5 (740, 2 H) neque enim tam culpandus est ille cui neglegenter obreptum est quam hic excusandus qui fraudulenter obrepsit.

[14] Verg. Aen. 9, 498 hoc fletu concussi animi.

[15] cf. p. 11, 8; 37 14; Lact. de mort. pers. 42, 2 iactabat se huc atque illuc aestuante anima; div. inst. 6, 18, 32 fluctuantem animam.

[17] de cath. eccl. un. 1 (210, 3 H) rudem animam. . . decepit; de bono pat. 12 (405, 18 H) ploratu et gemitu rudis anima testatur; Lact. div. inst. 1, 22, 1 animos hominum rudes atque inperitos. — [17] calicem cottidie bibere solebant, cf. de dom.

offerre praesentibus coepit et accipientibus ceteris locus eius advenit, faciem suam parvula instinctu divinae maiestatis avertere, os labiis obdurantibus premere, calicem recusare. perstitit tamen diaconus et reluctanti licet de sacramento calicis infudit. tunc sequitur singultus et vomitus. in corpore atque ore violato eucharistia permanere non potuit, sanctificatus in Domini sanguine potus de pollutis visceribus erupit. tanta est potestas Domini, tanta maiestas: secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt, sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt.

26. Hoc circa infantem quae ad loquendum alienum circa se crimen necdum habuit aetatem. at vero ea quae aetate provecta et in annis adultioribus constituta sacrificantibus latenter obrepsit non cibum sed gladium sibi sumens et velut quaedam venena letalia intra fauces et pectus admittens angi et anima exaestuante concludi postmodum coepit et pressuram non iam persecutionis sed delicti sui passa palpitans et tremens concidit. inpunitum diu non fuit nec occultum dissimulatae conscientiae crimen. quae fefellerat hominem Deum sensit ultorem. et cum quaedam arcam suam in qua Domini sanctum fuit

1 cepit $W^1$ 2 parvulam $S^1R$ magestatis M avertere] a vere S oš M 6 sanguinem R pollutis *om.* S 7 est *om.* MW tenebrum $S^1$ 8 domini S fellerent $S^1$ 10 aligenum $W^1$ 11 ad $S^1$ eaq. R 12 ultioribus R 13 fauces *ex* fruges $M^1$ 14 angi et] anget M 15 praessura $S^1$ iam non V 16 et *om.* S nec] ne $S^1$ 17 fellerat $S^1$ dominum R sentit $W^1$ 18 sanctum domini R

or. 18 (280, 11 H) qui in Christo sumus et eucharistiam eius cottidie ad cibum salutis accipimus; ep. 58, 1 (657, 3 H) considerantes idcirco se cotidie calicem sanguinis Christi bibere; 63, 8 (707, 17 H) calix domini in ecclesia semper et sititur et bibitur.

[2] Lact. div. inst. 4, 5, 5 divini spiritus fuerit passus instinctum; 5, 9, 6 quasi divino spiritu instinctus; Sen. de brev. vit. 9, 2 velut divino ore instinctus.

[3] sq. Hor. sat. 1, 4, 137 compressis labris.

[4] Tert. adv. Marc. 5, 8 panis et calicis sacramento.

[12] ep. 66, 8 (733, 8 H) pacem . . non habentes obrepunt et latenter apud quosdam communicare se credunt.

[13] Plin. n. h. 11, 41, 2 letale venenum.

[14] cf. p. 11, 8; 36, 15. Catull. 63, 47 animo aestuante; Verg. Aen. 9, 798 mens exaestuat ira; Juven. 3, 50 cui fervens aestuat occultis animus; Prud. cath. 6, 13 mens aestuans.

[17] ad Fort. 11 (342, 14 H) Deus . . nec derideri possit omnino nec falli; ep. 57, 5 (740, 4 H) obrepere autem si hominibus Basilides potuit, deo non potest.

[18] eucharistiam in arca secum gestare solebant: de bono pat. 14 (407, 24 H) nec post gestatam eucharistiam manus gladio et cruore maculatur; de spect. 5 (III 8, 10 H) ausus secum sanctum in lupanar ducere; Tert. ad uxor. 2, 5; de orat. 14. — sanctum Domini: cf. p. 26, 6; 38, 4. 7.

manibus inmundis temptasset aperire, igne inde surgente deterrita est ne auderet adtingere. et qui alius et ipse maculatus sacrificio a sacerdote celebrato partem cum ceteris ausus est latenter accipere, sanctum Domini edere et contrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus invenit. documento unius ostensum est Dominum recedere cum negatur nec inmerenti ad salutem prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem sancto fugiente mutetur. quam multi cottidie paenitentiam non agentes nec delicti sui conscientiam confitentes inmundis spiritibus adimplentur, quam multi usque ad insaniam mentis excordes dementiae furore quatiuntur! nec necesse est ire per exitus singulorum, cum per orbis multiformes ruinas tam delictorum poena sit varia quam delinquentium multitudo numerosa. unusquisque consideret non quid alius passus sit sed quid pati et ipse mereatur, nec evasisse se credat, si eum interim poena distulerit, cum timere plus debeat quem sibi Dei iudicis ira servavit.

27. Nec sibi quo minus agant paenitentiam blandiantur qui etsi nefandis sacrificiis manus non contaminaverunt, libellis tamen conscientiam miscuerunt. et illa professio est denegantis, contestatio est

1 immundis $S^1$ indignis $S^2$MWR *cf. p. 34, 9,* inquinatis manibus ignem .. surgentem S 2 et qui alius SMW *Hart. praef. VII* et alius qui V *Hart. i. textu* et quia alius *Krabinger cf. de dom. or. 23 (284, 11 H)* et qui servus de sacrif. V 3 libenter S 4 se ferre R 6 inmerentibus MWR 7 in cinere *ex* incidere $S^2$ sancto *ex* sanctum S sanctitate MWR 8 paenitentiam — confitentes VR *om.*SMW 9 implentur WR quam multi usque] quousque R multi] ulti $W^1$ 11 multiformes] singulorum S 12 unusque $W^1$ 14 plus timere W timere pius R 15 quem] quia eum *ex* quem $S^2$ servabit R 16 sqq. de his qui libellis conscientiam polluerunt W *i. m.* agant] agendam R blandiatur R qui] quam $S^1$ 17 nefandi sacrificii R 18 miscueruntS polluerunt MWR e*tom.*R

9 cf. p. 35, 15; Lact. div. inst. epit. 38, 5 prophetas .. divino spiritu adinpletos. Apul. met. 9, 36 ad extremam insaniam vecors; apol. 28 ira et rabies et denique insania; Lact. de mort. pers. 49, 4 usque ad rabiem mentis elatus est, adeo ut per quattuor dies insania percitus ...; div. inst. 2, 14, 14 (spiritus inmundi) mentes furoribus quatiunt.

14 interim: cf. p. 35, 8; ep. 19, 2 (526, 16 H) qui differri non potest coronari.

16 ad Demetr. 21 (366, 4 H) nemo sibi itaque blandiatur; ep. 55, 27 (644, 21 H) nec sibi in hoc novi haeretici blandiantur; 67, 3 (737, 5 H) nec sibi plebs blandiatur; 73, 17 (790, 17 H).

17 ep. 20, 2 (527, 25 H) cum conperissem eos qui sacrilegis contactibus manus suas atque ora maculassent vel nefandis libellis nihilominus conscientiam polluissent; ep. 55, 3 (625, 15 H) ut his qui libellis conscientiam suam maculaverint vel nefanda sacrificia commiserint; 13 (633, 5 H) ille qui ad sacrificium nefandum statim voluntate prosilivit; 59, 12 (679, 22 H) sacrificiis nefandis; Lact. de mort. pers. 10, 4; Cypr. ep. 55, 14 (634, 2 H) qui libello maculatus est. — libelli lapsis a martyribus dabantur ut pacem acciperent.

18 de bono pud. 8 (III 20, 5 H) delicto conscientiam non miscuit.

christiani quod fuerat abnuentis. fecisse se dixit quidquid alius faciendo commisit, cumque scriptum sit: non potestis duobus dominis servire, servivit saeculari domino, obtemperavit eius edicto, magis obaudivit humano inperio quam Deo. viderit an minore vel dedecore vel crimine aput homines publicaverit quod admisit; Deum tamen iudicem fugere et vitare non poterit, cum dicat Spiritus sanctus in psalmis: quod est inperfectum meum viderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribentur, et iterum: homo videt in faciem, Deus in cor, ipse quoque Dominus praemoneat et praestruat dicens: et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutator renis et cordis. perspicit ille abdita et secreta atque occulta considerat, nec Dei oculos potest aliquis evadere dicentis: ego Deus adproximans et non Deus de longinquo. si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non videbo eum? videt ille corda et pectora singulorum, et iudicaturus non tantum de factis sed et de verbis et de cogitationibus nostris omnium mentes voluntatesque conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur.

2 fuerant $S^1$ adnuentis MW quicquid M faciendo — sit R *in ras.* 3 dicto R 4 sq. vel *et* vel crimine *om.* S 5 amisit $S^1$MW dominum V 6 in *om.* R 9 autem *post* deus *eras.* W corde R 10 sciaent *ex* sciant $M^1$ cordis et renis W 12 nec] neco $S^1$ evadere potest aliquis S 13 quodsi R 14 abditis MW videt] perspicit R

[2] Matth. 6, 24.

[4] Apul. apol. 50 maiore dedecore quam noxa.

[5] sq. Lact. div. inst. 6, 24, 11 nec si universos homines celare possumus, deum possumus; de ira dei 20, 2 nec tamen ille qui peccat sperare debet perpetuam inpunitatem. 3 nemo iudicium dei potest nec vivus effugere nec mortuus.

[7] Ps. 138, 16.

[8] Lact. div. inst. 4, 18, 17 ab eo qui non faciem sicut homo, sed intima et arcana pectoris intuetur.

[8] 1. Sam. 16, 7.

[10] Apoc. 2, 23; Hier. 17, 11.

[10] de mort. 17 (307, 24 H) Deus scrutator est renis et cordis et occultorum contemplator et cognitor, . . . qui perspicit aput te paratam fuisse virtutem; de op. et el. 13 (383, 13 H) secreta et abdita mentis; ep. 10, 5 (494, 18 H) Dominus scrutator est renis et cordis, arcana perspicit et intuetur occulta; 57, 3 (653, 4 H) faciem singulorum videmus, cor scrutari et mentem perspicere non possumus. de his iudicat occultorum scrutator et cognitor . . . de arcanis cordis atque abditis iudicaturus.

[12] Hier. 23, 23sq.

[14] videt ille — intuetur: affert Fulgentius Rusp. ad Trasim. 2, 17.

[14] cf. ad l. 10sq.

[15] sq. cf. p. 16, 13.

[17] de dom. or. 5 (269, 13 H) intra ipsas pectoris latebras; ad Demetr. 10 (357, 23 H) conscientiae tuae latebras intuere; Lact. div. inst. 4, 18, 17 intima et arcana

28. Denique quanto et fide maiore et timore meliore sunt qui quamvis nullo sacrificii aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum aput sacerdotes Dei dolenter et simpliciter confitentes exomologesim conscientiae faciant, animi sui pondus exponant, salutarem medellam parvis licet et modicis vulneribus exquirant scientes scriptum esse: Deus non deridetur. derideri et circumveniri Deus non potest nec astutia aliqua fallente deludi. plus immo delinquit qui secundum hominem Deum cogitans evadere se poenam criminis credit, si non palam crimen admisit. Christus in praeceptis suis dicit: qui confusus me fuerit, confundetur eum filius hominis: et Christianum se putat qui Christianus esse aut confunditur aut veretur? quomodo potest esse cum Christo qui ad Christum pertinere aut erubescit aut metuit? minus plane peccaverit non videndo idola nec sub oculis circumstantis atque insultantis populi sanctitatem fidei profanando, non polluendo manus suas funestis sacrificiis nec sceleratis

1 malore W meliores M 2 libelli] belli R 3 aput sacerdotes SMW et sacerdotibus R 4 faciunt MWR exponunt MWR 5 et *om.* MW exquirunt MWR 6 deridatur S 7 adstuti $S^1$ delinqui $S^1$ 8 cogitans $SM^1W^1R$ cogitat $M^2W^2$ se W *in ras.* ponam $S^1$ 10 confundetur V confundet SMWR *Hart. sed cf. ep. 63, 15 (714, 2 H)* confundetur 11 *prius* aut *om.* V 12 quomo potest cum $W^1$ pertinere se MW pervenire R 13 plane] tamen S 14 fidei MWR dei S 15 non profan. S suas *om.* R

pectoris intuetur; 5, 19, 32 ille qui latebras cordis videt; Commod. c. a. 174 per latices animae; c. adv. Marc. 1, 26; Verg. Aen. 10, 601.

[2] de zelo et liv. 11 (426, 9 H) homicidii . . . facinore constringi.

[3] sq. Lact. div. inst. 1, 17, 4 simpliciter . . . confitetur.

[4] ep. 73, 21 (795, 6 H) peccata antiqua non exposuerit.

[5] medella vulneris: cf. p. 12, 14; 45, 6; 47, 7; ep. 43, 2 (592, 3 H).

[6] sq. Gal. 6, 7; ad Fort. 11 (342, 12 H) si hominem derideret ac falleret, quando Deus . . . nec derideri possit omnino nec falli.

[7] Aug. de civ. dei 10, 16 fallacissima astutia (daemonum).

[10] Marc. 8, 38.

[12] sq. ep. 59, 13 (680, 19 H) qui christianus esse vel erubuit ante vel timuit postmodum; Min. Fel. Oct. 28, 2 ut christianus reus nec erubesceret nec timeret; 31, 6 si audire nos publice aut erubescitis aut timetis; Cic. in Vat. 16, 39 vicini metuunt, adfines erubescunt; Sen. de prov. 6, 9 ecquid erubescitis? quod tam cito fit, timetis diu.

[14] Lact. div. inst. 4, 26, 21 circumstans in orbem populus.

[15] ep. 30, 3, (551, 13 H) qui inlicitis sacrificiis manus suas atque ora polluerant; 31, 7 (563, 11 H) eluendae sunt igitur impio sacrificio manus inquinatae operibus bonis et nefario cibo ora misera polluta paenitentiae sunt verae sermonibus expianda; 55, 14 (634, 4 H) etsi manus pura sit et os eius feralis cibi contagia nulla polluerint, conscientiam tamen eius esse pollutam; Lact. div. inst. 5, 9, 11 funesta sacrificia.

cibis ora maculando. hoc eo proficit ut sit minor culpa, non ut innocens conscientia. facilius potest ad veniam criminis pervenire, non est tamen inmunis a crimine: nec cesset in agenda paenitentia atque in Domini misericordia deprecanda, ne quod minus esse in qualitate delicti videtur in neglecta satisfactione cumuletur.

29. Confiteantur singuli quaeso vos, fratres, delictum suum, dum adhuc qui deliquit in saeculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio et remissio facta per sacerdotes aput Dominum grata est. convertamur ad Dominum mente tota et paenitentiam criminis veris doloribus exprimentes Dei misericordiam deprecemur. illi se anima prosternat, illi maestitia satisfaciat, illi spes omnis incumbat. rogare qualiter debeamus dicit ipse. revertimini, inquit, ad me ex toto corde vestro simulque et ieiunio et fletu et planctu et discindite corda vestra et non vestimenta. ad Dominum toto corde redeamus, iram et offensam eius ieiuniis, fletibus, planctibus sicut admonet ipse placemus.

30. Lamentari eum putamus ex toto corde, ieiuniis, fletibus, planctibus Dominum deprecari qui ex primo criminis die lavacra cottidie celebrat, qui epulis affluentibus pastus et sagina largiore distentus cruditates

1 *alterum* ut *om.*R 2 est *om.* MW 3 nec cesset R necesse est SMW agendam poenitentiam R 4 misericordiam deprecandam $R^1$ 5 lecta R 6 dilectum $S^1W^1$ 7 delinquit MWR dum adhuc S admittit $W^1$ *corr.* $W^2$ *i. m.* mitti $S^1$ 8 facta *om.* S *uncis incl. Hart.* aput ad S deum V gratia $M^1W$ 9 paenitentia $R^2$ 11 illic spes MW omnes spes S incubat $S^1$ 12 revertemini $S^1$ 13 et ieiun.] in ieiun. R et fletu *om.* R discindite $SM^1VR$ scindite $M^2$ discingite W 14 *post* vestimenta *add.* vestra SVR *Hart. om.* MW *et ep. 55, 22 (640, 15* H*) codd. Paris. 1647 A et Trecensis 581 haud spernendi itemque ad Novat. 9 (III 59, 15 H).* 15 corde simul R *ante* fletibus *del.* et $M^1$ 16 dum sicut $S^1$ monet S placeamus $MWR^1$ 17 planctibus *om.* R 18 cottidie *om.* M celebrant $S^1$ 19 afluentibus SR *Hart.* crudelitates $S^1$

[7] test. 3, 114 (182, 9 H) dum in carne est quis, exomologesim facere debere; ep. 55, 17 (636, 8 H) quia exomologesis apud inferos non est; 29 (647, 12 H) quia apud inferos confessio non est nec exomologesis illic fieri potest; Lact. div. inst. 7, 27, 9 qua ex voragine liberet se quisque, dum licet, dum facultas adest, seque ad deum tota mente convertat.

[12] Joel 2, 12 sq.

[15] cf. l. 17; ep. 11, 1 (495, 14 H) ad placandum atque exorandum Deum non voce sola, sed et ieiuniis et lacrimis et omni genere deprecationis ingemescamus; 3 (497, 5 H) preces et gemitus et lacrimae.

[18] Lact. de opif. dei 11, 14 in lavacris celebrandis.

[19] sq. Cypr. ep. 65, 3 (724, 5 H) cenis atque epulis etiam nunc inhiant, quarum crapulam nuper superstitem in dies cruditate ructabant; Tac. ann. 15, 54 adfluentius solito convivium; Amm. 21, 12, 15 largiore admodum potu saginisque distenti;

suas postridie ructat nec cibos et potus suos cum pauperum necessitate communicat? qui hilaris ac laetus incedit quomodo mortem suam deflet, cumque scriptum sit: non corrumpetis effigiem barbae vestrae, barbam vellit et faciem suam comit? et placere nunc cuiquam studet qui Deo displicet? an illa ingemiscit et plangit cui vacat cultum pretiosae vestis induere nec indumentum Christi quod perdidit cogitare, accipere pretiosa ornamenta et monilia laborata, nec divini et caelestis ornatus damna deflere? tu licet indumenta peregrina et vestes sericas induas, nuda es: auro te licet et margaritis gemmisque condecores, sine Christi decore deformis es. et quae capillos tuos inficis vel nunc in doloribus desine, et quae nigro pulveris ductu oculorum liniamenta depingis vel

1 postridie] quotidie R eructat MW 2 acVMWRetS procedit S 4 velli R 5 displicit $S^1$ incemescit S 7 et monilia laborata *om.* R elaborata $S^2$ et *om.* R caelestes S ornatum dampna R 8 induis $W^1$ 9 condecoris $M^1$ conponas R 11 nigro VMW nigri SR *Hart.* liniamenti R

Apul. met. 6, 4 cena nuptialis affluens; Sen. ep. 83, 21 cum effervesceret merum ac viscera ipsa distendit . . . quae ebrietas fuit, cruditas facta est; 95, 16 distentus venter; Commod. instr. 2, 20, 19 laute cibatum distenso ventre declamas; Nicet. psalm. 9 cruditates eructantes et crapulam.

[1] sq. Commod. c. a. 25 communicet immo talis bonitatem in omnes. — Cic. Tusc. 1, 42 esse vultu hilari ac laeto.

[3] Lev. 19, 27.

[4] test. 3, 84 (173, 18 H) non vellendum; Tert. de cultu fem. 2, 8; Stat. Theb. 6, 231 comitur ille vultus. — de hab. virg. 4 (190, 2 H) nec ornari aut placere cuiquam nisi domino suo studeant; de bono pat. 2 (398, 13 H) hoc ipso quod sibi placeant deo displicentes.

[5] Joh. 16, 20 (299, 26 H).

[5] sq. Vell. Pat. 1, 2, 1 deposita veste regia pastoralem cultum induit; Sen. de ira 2, 21, 11 non pretiosa vestis et similis cultus.

[6] cf. p. 46, 17; de op. et el. 14 (384, 13 H) horrebas ante deformis, indumento Christi candido vestiaris; de bono pat. 9 (403, 11 H) in Christo sumus, si ipsum induimus.

[7] de hab. virg. 6 (192, 11 H) illa sunt carnis pretiosa monilia, illa corporis ornamenta meliora; Verg. Aen. 1, 639 arte laboratae vestes.

[8] de hab. virg. 13 (197, 6 H) sericum et purpuram indutae Christum induere non possunt; Tert. de cultu fem. 1, 4 ille (cultus) in auro et argento et gemmis et vestibus deputatur.

[10] sq. de hab. virg. 14 (197, 28 H) oculos circumducto nigrore fucare et genas mendacio ruboris inficere et mutare adulterinis coloribus crinem ... (daemones) docuerunt; 16 (199, 19 H) crines tuos inficis; 15 (198, 7 H) quod opus Dei et factura eius et plastica adulterari nullo modo debeat adhibito flavo colore vel nigro pulvere vel rubore aut quolibet denique liniamente nativa conrumpente medicamine; 4 reg. 9, 30 depinxit oculos suos stibio; Hier. ep. 38, 3, 2 luis ora oculosque; 105, 15; 127, 3; Commod. instr. 2, 18, 5 nec non et inducis malis medicamina falsa, Jn oculis puris stibium perverso decore, Seu crines tingis, ut sint toto tempore nigri.

nunc lacrimis oculos tuos ablue. si quem de tuis carum mortalitatis exitu perdidisses, ingemisceres dolenter et fleres, facie inculta, veste mutata, neglecto capillo, vulto nubilo, ore deiecto indicia maeroris ostenderes. animam tuam, misera, perdidisti, spiritaliter mortua supervivere hic tibi et ipsa ambulans funus tuum portare coepisti: et non acriter plangis, non iugiter ingemiscis, non te vel pudore criminis vel continuatione lamentationis abscondis? ecce peiora adhuc peccandi vulnera, ecce maiora delicta peccasse nec satisfacere, deliquisse nec delicta deflere.

31. Ananias Azarias Misahel inlustres ac nobiles pueri quominus exomologesim Deo faciant nec inter flammas et camini exaestuantis incendia quieverunt. bene sibi licet conscii et Dominum fidei ac timoris obsequio saepe promeriti humilitatem tamen tenere et Deo satisfacere nec inter ipsa gloriosa virtutum suarum martyria destiterunt. loquitur scriptura divina stans, inquit, Azarias precatus est et aperuit os suum et exomologesim faciebat Deo simul cum sodalibus suis in medio igni. Daniel quoque post fidei atque innocentiae suae multiplicem gratiam, post dignationem Domini circa virtutes ac laudes

2 exitum R *om.* S 3 mearores $S^1$ 4 ostenderis S miseram $S^1W^1R$ 5 ipse $W^1$ ambulas $S^1W$ ambula M 6 planges $S^1$ pudores R 7 abscondes $S^1$ abscondas R 8 peccasse se MW derelequisse $S^1$ 9 flere $W^1$ 10 Annanias MW et Misahel SR *asyndeton etiam ad Fortun. 11 (337, 9 H); ep. 6, 3 (483, 5 H); 58, 5 (660,10 H)* 11 facerent R aestuantis S 12 sibi licet MW licet sibi R sibi S licet *uncis incl. Hart.* deum MW 13 saepe] se R domino MWR *ante* satisfacere *5 litt. eras.* W 15 Azaria W 16 simul] si $R^2$ solibus $W^1$ 17 ignis R 18 gratia R a domini $S^1$ lautes W

[1] Paneg. 12, 28 quod hominum lacrimae, non amnium aquae abluissent.

[3] Ov. met. 5, 512 toto nubila vultu.

[4] spiritaliter mortua: cf. Tycon. lib. regul. 7, 4.

[5] funus: corpus mortuum; Stat. Theb. 3, 361 funera portant.

[10] de cath. eccl. un. 12 (221, 6 H); ad Fortun. 11 (337, 9 H); ep. 6, 3 (483, 5 H) quale Ananias Azarias Misael inlustres pueri aliquando fecerunt, quibus inclusis in caminum cesserunt ignes.

[11] Hier. ep. 96, 17 in camino aestuantis incendii.

[12] ep. 30, 1 (549, 4 H) quamquam bene sibi conscius animus. — ad Fortun. 11 (341, 11 H) maior in Dei timore et in fidei veritate; de bono pat. 1 (397, 11 H) praeceptis dominicis obsequio timoris ac devotionis innitimur.

[13] ep. 19, 1 (525, 10 H) sacerdotibus Dei obtemperans obsequiis suis et operibus iustis Dominum promeretur; 52, 3 (699, 8 H) Dominum Deum nostrum promereamur obsequiis nostris; 76, 4 (831, 8 H) ad promerendam voluntatem Dei opera nostra proveniant . . . fidei ac devotionis nostrae obsequia retribuant; Apul. met. 5, 25 adulescentem . . . blandis obsequiis promerere.

[15] Dan. 3, 25.

[18] cf. p. 31, 10.

suas saepe repetitam ieiuniis adhuc promereri Deum nititur, in sacco ac cinere volutatur exomologesim faciens dolenter et dicens: Domine Deus magnus et fortis et metuendus qui servas testamentum et miserationem eis qui te diligunt et conservant imperia tua, peccavimus, facinus admisimus, inpii fuimus, transgressi sumus ac deseruimus praecepta tua et iudicia tua, non audivimus puerorum tuorum prophetarum quae locuti sunt in nomine tuo super reges nostros et omnes gentes et super omnem terram. tibi, Domine, tibi iustitia, nobis autem confusio.

32. Haec mites, haec simplices, haec innocentes in promerenda Dei maiestate fecerunt: et nunc satisfacere et Dominum rogare detrectant qui Dominum negaverunt! quaeso vos, fratres, adquiescite salutaribus remediis, consiliis oboedite melioribus, cum lacrimis nostris vestras lacrimas iungite, cum nostro gemitu vestros gemitus copulate. rogamus vos ut pro vobis Dominum rogare possimus, preces ipsas ad vos prius vertimus quibus Deum pro vobis ut misereatur oramus. agite paenitentiam plenam, dolentis ac lamentantis animi probate maestitiam.

33. Nec vos quorundam moveat aut error inprovidus aut stupor vanus, qui cum teneantur in tam gravi crimine percussi sunt animi caecitate, ut nec intellegant delicta nec plangant. indignantis Dei maior haec plaga est sicut scriptum est: et dedit illis Deus spiritum

1 repetita $S^1R$ repetitas V dominum V 2 ac] et R 3 magnus fortis R fortis et magnusW et metuendus *om.* V 4 conservas R 5 transsi $S^1$ 6 *prius* tua *om.* M 7 qui R 9 super omnem] per omnem S tibi *ante* iustitia *om.* R 10 confusio faciei V 11 hae innoc. $W^1$ impromerendam M in promeranda S in promerendo R domini S 12 maiestatem M *post* nunc *4 litt. eras.* W et dominum rogare VMW et deum rogare R domino ac precari S *Hart.* 13 deum R salutaribus SV salubribus MWR 14 obidite S oboediente R (nos)tris vestras lacrimas iungite $S^1$ *s. l.* 15 cum nostro — copolate $S^2$ nostros gemitus tristis vestras lacrimas iungite $S^1$ *sed corr. m. 1 in* nostros gemitus vestros gimitus copolate. 16 dominum SV deum MWR 17 dominum V 18 dolentes MW lamentantis *ex* lamentantes M 19 *post* moveat *4 litt. eras.* W terror MW 20 teneatur R crine $M^1$ sint $S^1$ 21 a caecitate R domini S 22 spiritum deus S

[1] sq. cf. p. 46, 16; Lact. div. inst. 2, 2, 20 humi enim miseri volutamini; Commod. instr. 2, 8, 11 in pulvere terrae volutari.

[2] Dan. 9, 4 sq.

[14] sq. cf. p. 12, 4 sq.

[19] de cath. eccl. un. 17 (225, 12 H) non tamen vos moveat aut turbet nimia et abrupta perfidia.

[20] Deut. 28, 28 percutiat te Dominus amentia et caecitate ac furore mentis. — de cath. eccl. un. 19 (227, 16 H) certe peccasse se hic intellegit et lamentatur et plangit. [22] Es. 29, 10; Rom. 11, 8.

transpunctionis, et iterum: dilectum veritatis non receperunt ut salvi fierent. ac propterea mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed sibi placent in iniustitia. iniuste sibi placentes et transpunctae mentis alienatione dementes Domini praecepta contemnunt, medellam vulneris neglegunt, agere paenitentiam nolunt. ante admissum facinus inprovidi, post facinus obstinati, nec prius stabiles nec postmodum supplices, quando debuerant stare, iacuerunt, quando iacere et prosternere se Deo debent, stare se opinantur. pacem sibi ultro nemine dante sumpserunt, falsa pollicitatione seducti et apostatis ac perfidis iuncti errorem pro veritate suscipiunt, communicationem non communicantium ratam ducunt, hominibus contra Deum credunt qui contra homines Deo non crediderunt.

34. Eiusdem homines quantum potestis effugite, perniciosis contactibus adhaerentes salubri cautione vitate. sermo eorum sicut cancer serpit, conloquium velut contagium transilit, noxia et venenata persuasio persecutione ipsa peius interficit. illic superest paenitentia quae satisfaciat. qui autem paenitentiam criminis tollunt satisfactionis viam

1 transpugnationis $S^1$ delictum MW 2 mittet MWR *item ep. 59, 13 (681, 18 H)* mittit S (πέμπει LXX) *Hart.* operatione R orationem S 3 erroris *ex* maeroris $S^2$ 4 sed] et MW placentibus R placuerunt V in *om.* $W^1R$ iniusti MW 5 mentes MW 6 neclecunt S 7 *post* inprovidi *exp.* $S^2$ post facinus inprovidi inprovidi post facinus *om.* R 9 prostere S deo *om.*R 10 neminem $S^1R$ dantes praesumpserunt R 11 sedecti $W^1$ seducunt R apostaciis R errore pro veritatem $S^1$ 12 suscipiunt et R 13 hominem S deum] dominum SR deo] deum S non *om.* MW 17 contacium $S^1$ 18 illic *om.* R sola illic S 19 deo satisfaciat V

1 2. Thess. 2, 10 sq.

5 Sen. ep. 85, 24 dementis alienatique est.

6 cf. p. 12, 14; 40, 5; 47, 7.

8 de cath. eccl. un. 10 (218, 26 H) qui nemine episcopatum dante episcopi sibi nomen adsumunt.

12 ep. 59, 13 (682, 22 H) ne . . . communicatio non communicantibus offeratur.

15 de cath. eccl. un. 17 (225, 17 H) vitate quaeso vos eiusmodi homines; ep. 43, 5 (594, 10 H) procul ab huiusmodi hominum contagione discedite et sermones eorum velut cancer et pestem fugiendo vitate.

16 Tycon. lib. regul. 6 quos salubri cautione vitare admonet apostolus.

16 cf. 2. Tim. 2, 17.

17 ep. 43, 2 (591, 25 H) se ad lapsorum perniciem venenata sua deceptione verterunt; ep. 60, 3 (694, 2 H) facundiae venenatae iacula.

18 ep. 55, 29 (647, 4 H) praecludere est atque abscidere iter doloris ac paenitendi viam . . dum fructus paenitentiae intercipitur, paenitentia ipsa tollatur; Lact. div. inst. 4, 11, 15 ne illis in perpetuum salutis viam claudere.

claudunt. ita fit ut dum temeritate quorundam vel promittitur salus falsa vel creditur, spes verae salutis adimatur.

35. Vos vero, fratres, quorum timor in Deum pronus est et in ruina licet animus constitutus mali sui memor est, paenitentes ac dolentes peccata vestra perspicite, gravissimum conscientiae crimen agnoscite, ad intelligentiam delicti vestri oculos cordis aperite, nec desperantes misericordiam Domini nec tamen iam veniam vindicantes. Deus quantum patris pietate indulgens semper et bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus est. quam magna deliquimus, tam granditer defleamus. alto vulneri diligens et longa medicina non desit, paenitentia crimine minor non sit. putasne tu Deum cito posse placari quem verbis perfidis abnuisti, cui patrimonium praeponere maluisti, cuius templum sacrilega contagione violasti? putas facile eum misereri tui quem tuum non esse dixisti? orare oportet inpensius et rogare, diem luctu transigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lacrimosis lamentationibus occupare, stratos solo adhaerere cineri, in cilicio et sordibus volutari, post indumentum Christi perditum nullum iam velle vestimentum, post diaboli cibum malle ieiunium, iustis operibus incumbere quibus

1 cludunt MW *Hart.* cum S quorundam $S^1$ 2 vere $S^1$ vera R admiratur $S^1$R 3 vero *om.*R in deum MWR domini S *Hart.* 4 memor est] merores et $S^1$ poenites M dolentes] nolenter $S^1$ 6 intellentiam $W^1$ cordes $S^1$ 7 iam *om.* V nam $W^1$ 8 patris *om.* R iudici $S^1$R 9 delinquimus VR 10 alto vulneri diligens et *om.* M 11 desit R dominum MW 12 abnegasti R 13 eum et cito S *sed* et $S^2$ *s. l.* 15 nocte R 16 strato SR stratus M solo] suo R cineri]cicineri $S^1$ in cinere $S^2$ et cinere R et in (cilicio) V cilio $W^1$ volutare $S^1$ 17 vestitum R 18 incubare $S^1$

4 constitutus: pro participio praes. verbi esse; cf. p. 11, 23; 35, 13.

6 Lact. div. inst. 4, 26, 4 ut ... ad veritatem contemplandam oculos cordis aperiret; 6, 9, 15; oculi mentis: Lact. div. inst. 7, 9, 4; 7, 13, 8; de opif. dei 1, 7.

12 templum Dei: ep. 73, 12 (787, 1 H) si peccatorum remissam consecutus est, sanctificatus est; si sanctificatus est, templum Dei factus est; Lact. div. inst. 5, 8, 4 cuius templum est non lapides aut lutum, sed homo ipse, qui figuram Dei gestat; 6, 25, 15.

14 sq. ep. 60, 5 (694, 23 H) ieiuniis vigiliis orationibus insistere cum omni plebe non desinamus (Lact. de mort. pers. 11, 1 ieiuniis hi et orationibus insistebant); ep. 65, 1 (722, 2 H) diebus ac noctibus lacrimis et orationibus et precibus incumbere; Tert. de paenit. 9, 3 sacco et cinere incubare, corpus sordibus obsanare .. lacrimari ad dominum deum tuum, presbyteris advolvi . . . et mugire dies noctesque.

16 cf. p. 44, 1 sq; Commod. instr. 2, 8, 11 in pulvere terrae volutari; Js. 58, 5 tametsi .. saccum et cinerem substraveris; Cypr. de op. et el. 4 (376, 4 H) nec si orationibus et precibus et ieiuniis uterentur; .. nec si in cilicio et cinere volverentur.

17 cf. p. 42, 6.

18 cf. p. 47, 13 sq.; de op. et el. 5 (376, 17 H) operationibus iustis Deo satisfieri, misericordiae meritis peccata purgari; 18 (387, 14 H) largiter bonis operibus insistas; 6 (378, 16 H); 7 (378, 22 H) praecipit ut insistamus eleemosynis dandis nec terrenis possessionibus incubemus.

peccata purgantur, eleemosynis frequenter insistere quibus a morte animae liberantur. quod adversarius auferebat Christus accipiat, nec teneri iam nec amari patrimonium debet quo quis et deceptus et victus est. pro hoste vitanda res, pro latrone fugienda, pro gladio metuenda possidentibus et veneno. ad hoc tantum profuerit quod remansit, ut inde crimen et culpa redimatur. incunctanter et largiter fiat operatio, census omnis in medellam vulneris erogetur, opibus et facultatibus nostris qui de nobis iudicaturus est Dominus faeneretur. sic sub apostolis fides viguit, sic primus credentium populus Christi mandata servavit: prompti erant, largi erant. distribuendum per apostolos totum dabant et non talia delicta redimebant.

36. Si precem toto corde quis faciat, si veris paenitentiae lamentis et lacrimis ingemescat, si ad veniam delicti sui Dominum iustis et continuis operibus inflectat, misereri talium potest, qui et misericordiam suam protulit dicens: cum conversus gemueris, tunc salvaberis et scies ubi fueris, et iterum: nolo mortem morientis, dicit Dominus, quantum ut revertatur et vivat. et Iohel propheta pietatem Domini Domino ipso monente declarat, revertimini, inquit, ad Dominum Deum vestrum, quoniam misericors et pius est

1 elemosynis W aelymosinis M 2 liberentur W¹ alliberantur M 3 amare R 4 res est R 5 et] ut R ut inde] unde V 8 domino MW *cf. de hab. virg. 11 (195, 8 H)* patrimonio tuo Deum faenera; *de op. et el. 16 (386, 11 H)* Deus eleemosynis pauperum faeneratur 9 primis S¹prius R 10 distribuendo M 11 delicta *om.* W¹ 12 vereris R lamentationibus R 13 ingemiscat M 14 inflectant R 15 conversus fueris et S *Hart. sed cf. ep. 34, 1 (569, 9 H)* cum conversus gemueris . . . et scies ubi fueris salvaveris R 16 scibis S *Hart. praef. VII. sed cf. ep. 34, 1* fueris] queris R morte SR dicit dominus *om.* R 17 ut *om.* MW mutat W 18 revertemini S¹.

[1] Prov. 16, 6 eleemosynis et fide peccata purgantur; de op. et el. 5 (376, 18 H).

[1] sq. Tob. 4, 10 eleemosyna a morte liberat; de op. et el. 5 (377, 18 H) eleemosynis vitam de periculis redimi, eleemosynis a morte animas liberari; 6 (377, 21 H) quod eleemosynis non tantum a secunda sed a prima morte animae liberentur.

[6] de op. et el. 5 (377, 10 H) eleemosyna libenter ac largiter fiat; ep. 7 (485, 14 H) ut largius et promptius circa laborantes fiat operatio.

[7] cf. p. 12, 14; 45, 6; 46, 10.

[8] de hab. virg. 11 (195. 8 H) patrimonio tuo Deum faenera; de op. et el. 16 (386, 11 H) Deus eleemosynis pauperum faeneratur.

[11] de hab. virg. 11 (195, 24 H) ut patrimonio suo unusquisque locupletior magis redimere debeat quam augere delicta.

[12] sq. Tac. Germ. 27 lamenta et lacrimas.

[13] cf. p. 46, 18.

[15] Es. 30, 15.

[16] Ez. 33, 11.

[18] Joel 2, 13.

et patiens et multae miserationis et qui sententiam flectat adversus malitias inrogatas. potest ille indulgentiam dare, sententiam suam potest ipse deflectere. paenitenti, operanti, roganti potest clementer ignoscere, potest in acceptum referre quidquid pro talibus et petierint martyres et fecerint sacerdotes. vel si quis plus eum suis satisfactionibus moverit, si eius iram, si indignationis offensam iusta deprecatione placaverit, dat ille et arma rursum quibus victus armetur, reparat et conroborat vires quibus fides instaurata vegetetur. repetet certamen suum miles, iterabit aciem, provocabit hostem et quidem factus ad proelium fortior per dolorem. qui sic Deo satisfecerit qui paenitentia facti sui, qui pudore delicti plus et virtutis et fidei de ipso lapsus sui dolore conceperit, exauditus et adiutus a Domino, quam contristaverat nuper laetam faciet ecclesiam nec iam solam Dei veniam merebitur sed coronam.

1 et *ante* patiens *om.* M sententias MR sententiam suam S flectat *om.* M 2 malitias VMWR malitiam S *Hart.* inrogatas VR inrogatam SMW *Hart.* cf. de bono pat. 4 (399, 25 H) malitias inrogatas *itemque ep. 55, 22 (640, 18 H) optimi codd.* ipse MW *i. ras.* V ille SR *Hart.* 4 ferre S quicquid MW 5 eum plus S *Hart.* sui $M^1W$ 6 indignantis MWR 8 vegetur $MW^1$ 9 iteravit W *corr.* $M^1$ provocavit $S^1W^1$ 10 domino V 11 paenitentia‖facti‖sui ‖‖W pudorem $S^1$ delicti $W^2$ *i. ras.* virtutis] utis $S^1$ 12 exaud.] et auditus $W^1$ auditus S quem $S^1$ 13 faciat M solam iam S *Hart.* 14 *post* coronam *add.* amen R.

CAECILI CYPRIANI DE LAPSIS EXPLICIT SV DE LABSIS EXPLICIT MWR

[3] ad Novat. 10 (III 60, 28 H) paenitentibus deprecantibus et operantibus restitui posse.

[6] cf. p. 41, 15.

[7] ep. 58, 8 (664, 2 H) armentur et lapsi, ut et lapsus recipiat quod amisit.

[8] sq. ep. 55, 4 (625, 24H) repetendi certaminis et reparandae salutis dabatur occasio; ep. 58, 8 (664, 3 H) lapsos dolor ad proelium provocet; cf. p. 23, 11 sq.

BR
63
F4
v.21

41599

Cyprianus, Saint, bp. of Carthage.
S. Thasci Caecili Cypriani De lapsis ...

BR
63
F4
v.21

41599

GRADUATE THEOLOGICAL UNION LIBRARY
BERKELEY, CA 94709

GTU Library
BR63 .F4 v.21 G
Cyprianus/S. Thasci Caecili Cypriani De
3 2400 00036 3881